




№ 576 *

60 9

1 C
2 C
3 C

CATALOGVS AN=

NORVM ET PRINCIPVM GEMINVS


AB HOMINE CONDITO, VSQVE IN PRÆSENTEM,

à nato Christo, millesimum quingentesimum &

quadragesimum annum deductus & conti-

nuatus, per D. Valerium An-

selmum Ryd.



EX MAGNIFICA HELVETIORVM VRBE

BERNA, ANNO DOMINI M. D. XL.

CATALOGVS AN=

NORVM ET PRINCIPVM GEMINVS

AD HOMINE CONDITO VSO VEL PRÆSENTI

À NRO Christo, nullum quingentum &

quadragesimum annum delectus & conq.

numus per D. Valerium An.

leum Ryl.



EX MAGNIFICA HELVETIORVM ARBE

BERNA ANNO DOMINI MDCCLXXII

PRVDENTIBVS ATQVE MAGNIFICIS

inclytæ Bernensis Vrbis Consuli, Senatui, Ciuibusq; Dominis suis
obseruandissimis Valerius Anselmus Ryd Salutem.

q Vm res illæ præcipue, Magnifici Domini, quæ præpollentem & occupatum
in uulgo dolis patienti, medicum facere solent, lingua scilicet, audacia & quæ-
stus, à me, tanq; ingenij liberioris homine neglectæ, professionis meæ septa exe-
undi darent ocium. Id alicui simul & delectabili & utili cupiens reddere nego-
cio, succisuias horulas peradmirandæ transactorum sæculorum historiæ indul-
si Subinde uero cum placuisset è uario illo magnocq; librorum acervo compilare cõmenta-
rium, Cosmographica instar Mappæ, Chrono, & Archontographiam plana referentem
facie, Qua scilicet compendiose, & absq; ulla uel impendij, uel laboris, uel temporis iactu-
ra, imò magna cum oculorum animiq; delectatione, fructuq; præcellentem illā, præcullen-
tis illius inter hominum uirtutes prudentiæ magistram, historiā nempe, uelut in specu-
lo cõtemplari quirent, uel hij saltem, qui aut suam harum tam admirandarum rerum igno-
rantiam dolent. Qui, aut ad magis necessaria uite studia coacti, eam librorum uel ob inopi-
am uidere, uel ob copiam retinere haud facile possent. Facilem igitur, & Annor; & Prin-
cipum continuata ab homine condito ad nostra tempora serie, Catalogum, & hunc quidē
ut certior aliqua concurrentium & annorum & Principum haberetur ratio, conuersis faci-
ebus geminum, Anno Viterbiense Antiquitatum perscrutatore omnium facile, quos eo
tempore mihi uidere licuit, diligentissimo, tum materiam tum modum præbente, hac di-
gesti atq; concinnauit lege, qua in sancta primogeniorum Hebræorū successionē docti Phi-
lonis Temporum breuiariū ē sacra gentis historia fideliter consumatum, atq; Monarchiis
consonum, fixum haberi censuerim. In Monarchiarum aut deductione, in Prima, atq; Se-
cunda, posthabitis magnificiorum quorundam in Barbaros Græcæ sapientiæ Authores, ca-
lumnij, Berosi Caldei, Manethonis Aegyptij, & Metasthenis Persæ sacerdotum. In Ter-
tia & quarta initij Appiani & Eusebij Græcorum. In quarta aut Romanorum Paparum
& Imperatorum receptas Chronicas iuxta Chronicam supputationem recipiēdas esse du-
xi. Tum ne uacaret charta, ex receptis ac uarijs gentium scriptoribus pro compendij mo-
do, succinctiss. quam potui uerbis, Monarchiarum quatuor, Regnorumque nobiliorum
origines, successiones, mutationes & exitus. Principum item, aut generationis aut Prin-
cipatus, annos ferentium, insigniora, uel imitanda, uel uitanda. Item & sub eisdem per
homines in orbe gesta facinora coniunxi. Et in fine Hispaniæ Franciæque regnorum
Chronicon appendi. Loquentia Pictasmata, uisus memoriæque gratia, rerum capitū-
bus rebusq; ad, & interposui. Margines postremum exhortationis causa odoriferis diuina-
rum sententiarum floribus aspersi. Ac singula titulis distinxi, atq; sic chartas adimpleui. Id
aut omne ante triginta annos, ubi iamnum publicatæ receptiores Chronicæ desierant om-
nes. Tū & à pluribus annis præsertim apud Germanos nulla uel modica & linguar; & tem-
porum ratio habita esset, haud paruo labore & ea diligentia perfecit, ut cum nuperis annis
admodum felicibus, eruditorum aliquot singulari studio elaboratas annor; supputatiōes
inspexissem, de mea tamen ne nihili quidem figuram semouere, sed inæquabiles differen-
tias, & easdem in sumis numeris sane modicas ferre tutius potui. Veruntamē opus hoc no-
strum tanti nunq; aestimaui, ut eo uel quenq; honorari, aut ullam, uel mihi comparari gra-
tiam posse confiderē. Quoad Reuerēdus Episcopus Ennius Philonardus Apostolicus cū
potestate Legati ad Heluetios orator. Chartam perspectam, Leonis Pontificis fratri Iulia-
no Illustrissimo Mutinæ Duci mittendam imperauit, atq; per cursores suos Romam misit
cum bona gratia susceptam, & in Papæ cubiculo postea affixam. Hoc imperio excitatus,
alteram non minore gratia susceptā, Christianissimi Francoꝝ Regis ad Heluetios Nūtio

* 2 Nobili

Nobili Domino Anthonio à Lamet postulanti donauī. Tertiam bonorum uirorum suarū in patriam linguam uersam, debita ex gratitudine Amplissimo Ordini uestro obtulī. Quartam inuictissimo, & omnium qui ex Germanis imperarunt potentissimo Casari Carolo, aut Germano fratri Ferdinando Regi Serenissimo, ac huius Catalogi consumatoribus propagatoribusq; destinatam, ē Spyrg comitijs, latoris aut insyncera fide, aut negligentia recepi: adhuc Germanico Principi seruata, eo sane tempore, quo in Germania nullae tales (quod sciam) reperiiebantur excusae facies, hac maxime spe id tentare ausus, quod licet iners pictor ego, nihil forsan, aut perparum tantis nominibus dignum depinxerim, in dicarimq; magis, quid effectum esse uellem, quam effecerim, occasione tamen per me data, qui, docto nostro seculo sunt apud legitimos principes doctissimi, erratis mihi donatis, faciem hanc, aut expolire facile, aut nouam nō solum Principe dignam, ac gratam, uerum etiam omnibus rerum humanarum cupidis utilem & acceptam excudere possint, atq; (qd opto) uelint. Demum autem laboriosa chartarum scriptione lassatus, ne periret adita facies, chartas in librum cōuolui, chartis aliquanto auctiorem. Et hunc quamuis ad appropinquantem uitae meae defunctionem apud me delitescere statuissem, imperauerunt tamen boni quidam & studiosi uiri, tum poenitendum libri interitum, tum publicam utilitatem praeexentes, ut eum, eorū expensis, typis excudi consenserim. Atqui Magnifici Domini priscis à seculis ad nostros usq; dies defluxit mos ille probe laudatus, q̄ eterna memoria perpetuoq; nomine digni, aeternis perpetuisq; literarum monumentis cum inscriberentur, tū conseruarentur. Vnde factum est, ut etiam maximi Principes, quanti Alexander magnus & Octauius Augustus, etiā exilibus literarum opusculis uenerati, ea inter preciosissima dona & reputarint & habuerint. Idq; non immerito, quandoquidem solum per ea in aeterna hominum memoria uel adhuc hodie uiuūt atq; coluntur, alioqui cum alijs multis magnisq; Heroibus iam pridem extincti penitissimē. Quapropter colendissimi Domini, totus (quod absit) ingratus sim, imo & iniurius, si quod, uel qualecunq; opusculum in laude digna ciuitate uestra mihi natum, & in publicum emittendum, cuiuspiam alteri, quam magnificae Dominationi uestrae laudabili, p̄ more dicarim. Hoc ergo qd nunc in orbem emittitur, plus gratitudinis quam digni muneris uice, dico, dedicoq; uobis, qui, quod citra multa potentem apud potentes adulationem, uere praedicare & possum & debeo, non minimis Principibus iure conferendi existitis. Excellenti namq; tum prudentia, tū fortitudine magnanimatorum maiorum uestrorum, atq; nec minus uestra ipsorum, potens & inclyta ciuitas uestra haecenus non solum perstitit inuicta, sed etiam imperium, ditionemq; suam super omnes Germaniae ciuitates mirifice auxit atq; strenue tutata est. Neq; mirū id, neq; indebitum, quando manifestum esse potest omnibus, hanc ad uerae religionis & pietatis, ad pacis & iustitiae, cultum, consilia, factaq; totis uiribus incubuisse, eorū propensam intentionemq; fuisse semper esse & fore. Nec unquam nisi grauiter irritatam, nempe uel ob suum uel confederatorū ius, atq; dignitatem conseruandam, aut illatam iniuriam ac dedecus repellendum uel uindicandum, fortem manum saeuis armis dedisse. Quam (opto & obsecro deuotissime) optimus & maximus Dominus Deus noster suam per ineffabilem misericordiam, qui Iesus Christus est, Seruator noster, suo felici in statu gratiose corroboret, amplifcet atq; conseruet in aeternum. Postremum Clementissimi Domini quoadusq; ualeo, precor & oro supplex, Clementissima Dominatio uestra sua pro solita magnaq; uel in omnis Clementia, Senem me, cum meis, ac detritum plurium annorum officio clientem suum, conatum nemini obesse, si prodesse non potuit. Nec non item, iubente gratitudine, & singulariter studiosum amplissimi sui, & honoris, & laudis, & nominis preconem suum pie fo uere atq; conseruare uelit, neq; dedignetur. Iterumque perquam optime ualeat, Valerij amans sui. Bernae, IIII. Nonas Augusti, Anno Iesu Christi Monarcharum Monarche nostri, M. D. XL. Cui gloria sempiterna.

De usu

DE VSV ET VTILITATE HISTORIARVM

& quo iudicio legendæ sint, Candido lectori, Eber: à Rümplang.

N maxima ista rerum humanarum uicissitudine, omnia uelut æstuario quodā fluxu atq; refluxu recipiuntur, ut fortunæ uices sint instabiles, & nihil perpetuum consistat, Nam quis in calamitoso huius mundi statu, non sentiat, quā mollis flexus sit metæ nostræ, quantaq; sit omnium rerū lubricitas & uarietas, ut quantūuis quidā excellant, tñ repentino casu ē solio suo prosternant, & deinde exuti his, quibus antea impotenter gestiebant & inflati fuerant, ab omnibus destituantur, atq; rursus in pristinū statū propitio deo, leuicq; numinis adflatu, ex ceno & puluere restituantur, quidā uero sub perpetuo interitu manent, neq; unq; respirandi datur occasio, uarię quoq; regnorū, imperiorum, nationū, prouinciarum, urbiumq; cōmutationes, occasus & excidia contingunt, quæ omnia cuiq; ex assidua historiæ lectione obuia fiunt. Sed cū in his prospiciendis, quibus ex causis quæq; proueniant, in tantum cecutiamus, ut pleriq; nō nisi præsentia, instar pecoris, animaduertant, & stolidi in tanta lubricitate, nec se falli posse credant, Cum, inquam, tantus sit, nostræ mentis in rebus eligendis stupor, & ueternus, q̄ uisus noster & ratio plerunq; sic configitur, ut in ista rerum perplexitate, uitiā q̄q; pro uirtutibus, & deteriora atq; pestifera, fallis persuasionibus dementati, pro melioribus, & salubribus amplectamur, nec teneat, iuxta Persium, uetitos inscitia debilis actus, factum est dono diuino, ut quidam ad res gestas scriptis reponēdas sese appulerint, qui optime de humano genere meriti esse uidentur, optimeq; operam suam collocasse, quod res præteritas literis memoriæq; mandarunt. fuit enim hæc ratio, & unica uia, qua ad res præsentis ab exemplis præteritorum adornandas & componēdas institueremur, Et cum alioqui facile ex animis nostris diffuant & quorum memores esse deberemus obliuiscamur, tamen ne res, quæ tanti essent momēti interciderēt, & ut posterī haberent, præteritorū negotiorū exempla, quibus ex alienis casibus ad suas res uel honeste, instituendas cōmouerētur, uel ad turpitudinē euitandā admonerentur. Ideo boni isti uiri historię scribendę operā nauarunt, & thesaurum unde ad quemuis euentū quæ cōducibilia nobis essent, depromere liceat, recōdere sunt dignati. Constat itaq; historiā in hoc esse scriptā, ut cum per annorum paucitatē atq; locorū interstitia, nō omnia corā experiri possimus, quę tamē exteris in locis, longēq; præterito tēpore euenere, & gesta sunt, nobis tradat & exponat, quo non nuper in lucem esse nati uideamur, sed ex uetustis & reconditis rebus, instituamur, atq; hoc pacto tametsi iuuenes simus, ueterū tamen gesta cognita perspectaq; habeamus. Omnes sic instituti sumus, nosterq; fert animus, ut exempla q̄ præcepta malimus, quod igitur in philosophorū præceptis, quantacūq; seueritate traditur, nunq; tamē eum habebit uigorem, si historiā traditioni conferatur, quod hæc multo locupletius uirtutum exempla declaret atque facilius ex historijs, adhibita cotidiana experiētia, usucq; rerum, quā præceptis nudis, deprehendamus & intelligamus, quid uel uitandum, uel expetendum sit. complectitur igit̃ historia simul omnes uirtutes, causasq; rerum progressus & euentus, adeoq; suo modo abunde, tametsi quasi dissimulando, & aliena duntaxat enarrando, honesta celebrat, & quæ pernitiosa sunt atq; turpia arguit. Porro cum uitiā perdant, uirtutes uero conseruent ac tueantur, quis non nisi infans has amplectetur & imitetur, illa uero fugiat ac detestetur? Nam quis fractos impudicos & effœminatos mores Sardanapali Heliogabali & aliorū nō uituperabit? Quis multorum nefandas & portentosas cupiditates & libidines non abominetur? quis funestam Paridis cupiditatem ac Masinissæ & Sophonisbæ abominabile connubium non detestetur? Quis Anchemoli, Menephronis & multorum aliorum incestus nō exhorrescat? quid cōmemorem perfidiā, proditones aliaq; flagitia nunq; impune admissa. neq; fœdissimos, parentibus & magistratui rebelles impune euasisse. Quis ad multorū ue

✱ s luti Nero

luti Neronis aliorumque iniustam Tyrannidem non expauescat, huiusmodi ergo scelera & uirtutia si in alijs detestaris, & te sic adornaueris, ne in talia similiaque prolabaris, nonne cautior & prudentior factus es? Nam si aliorum flagitia expendas simulque tuum cor, tuaque penetralia exploraueris, & si uel simile quippiam turpiter & scelerate patratum uel conceptum inueneris, nonne alieno admonitus exemplo poteris tempestiue resipiscere, ne foedi exempli exitus te quoque proterat atque obruat. Cum hac certissimam in humanam uitam sit regula Christo in Euangelio id attestante, omnibusque philosophis adstipulantibus, quemadmodum si uirtus & integritas uitaeque sanctimonia, quantumuis diu lateat, opprimaturque, tandem tamen eam erupturam, & glorie mercede, ac praemio beatitudinis, carere perpetuo non posse, Ita uirtutia licet teganur ad tempus die tamen & tempore prodere omnia, poenas suppliciaque merita non euasura. Quum itaque historia, quae sint expetenda & quae sint fugienda, si penitus hanc introspexeris, & diligenter expenderis, magna cum dignitate exemplis pulcherrimis illustrata tradat, adeoque omnes uirtutes, uitaeque complectatur, & demonstret, quantum laudis ex honestis institutis officijsque consequamur, & quam grauiter quidam impeerint & corruerint, multosque secum deturbauerint ac perdiderint, magnas quoque rerum commutationes adduxerint, quae uirtutis falsam speciem, uanaque persuasione delusi uel obstinati in suis affectibus corruptique perstiterint, uel deteriora pro potiori bus duxerunt, ut suae ignauiae & malitiae meritis poenas dederint, Praeclarum & regium munus extiterit studiose in historijs iudicium nostrum exerceri. In peruersorum regum exemplis, exitus obseruabis calamitosos, perniciososque euentus, & commutationes turbationesque, regnorum & rerum publicarum, exitiales Tyrannidem inultam non existere liquet, quod raro Tyrannis sicca mors contingit. Quae non commoueat luctuosa Romanorum fata, in quae per Syllam & Marium adducti sunt? Atque cum impijs nunquam constet pax, contingit ut saepe se mutuo Principes ob odium & inuidiam, ut in Cesare & Pompeio constat, de re friuola, conflatum, perdiderint & exterminauerint. Pessimum malum ira, nemo iratus non uult tantum sibi licere, quantum libeat. Egregiam uero causam habuit Saul, quod quum audisset Dauidem sibi odiosum ab Abimelecho in Nobea ciuitate hospitio susceptum ira & odio, ciuitatem & hospitem incendit, hominibus utriusque sexus interemptis. Euitados itaque docet historia, talium hominum peruersos & perniciosos conatus, e diuerso uero si quae res iusta trutina explorarunt, ut ad omne quantumuis exile momentum uigiles excubarent, sapissimè imminens malum ex insidijs peruersorum hominum machinatum, alieno docti exemplo uel propulsauere, uel saltem mitigatione quadam declinauerunt, eoque modo sibi suisque quos suae fidei & curae commissos habebant consuluerunt. Et cum perspicias ex illustribus factis, multos perpetuae memoriae honestatque consecratos & dedicatos, Qui non ad praestantium uirorum honeste facta imitanda accedaris? nam si clarorum uirosum animi celsitudo legitur uel auditur, illorum uirtutes ad idem decus nos perpellunt, ut ex ingenij dexteritate & ingenuitate, ad similem gloriam adipiscendam rapiamur. Quis paupertatem uereatur, si Phocionis animum constantem & uirilem expendat, qui aurum ab Alexandro missum pertinaciter repudiauit, existimando nec bonum esse uirum, nec talem haberi eum oportere, cui in ciuitate libera nato, aurum a rege missum curae sit. Alacrior fit meditando Curijs magnanimum animum qui Samnitum munera aspernatus est. Fabricius etiam Pyrrhi aurum spreuit, & Aemilius Paulus aurum Persi Macedonum regis, ne uidere quidem dignatus est. Haec continentia peperit Romanum Imperium, Luxus uero & auaritia perdiderunt. Quid cupiditates frangeret uel excinderet efficacius, meroremque ob res amissas conceptum leuaret potentius, quam cum in historia ceu speculo uides, quod multi in summa opum & potentiae affluentia continentissimae & temperantissimae extiterunt, ut his praesentibus non impotenter gestierint, neque sibi omnia licere duxerint, uel etiam ablati non fracto & abiecto animo consternati fuerint. Aequam itaque mentem obseruando, teque domando, summam fortitudinem & constantiam praestabis, nam iuxta Faustum. Qui dextros tolerare deos, tolerare sinistros Aequa mente neque, rebusque superbit opimis. Succumbitque nouo, submissus colla dolori Scilicet & leuior folijs uolat ille caducis.

Quid mortis metum ad quam utcunq; expauescimus, auferat potentius, quā si imitemur horum exempla, qui ob amorem patriæ omnia quantumuis chara, uitamq; ipsam pro fundere leue duxerunt, modo patriæ libertatem tuerentur eamq; adsererent. Codrus rex ultro pro patriâ mortem oppetit. P. Decius concitato equo in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens irrupit. Quis adsimilia patriæ præstāda non cordatior inde reddatur? Adeo quicq; arduū uidetur in hac uita, ex præstantium uirorum exemplis procliuē & facile redditur. Recte Liuius hoc salubre præcipue & frugiferum asserit, si omnis generis exemplorum documēta in illustri posita monumēto, intuearis, illinc & tibi & tuæ reipub. capias quod imiteris, illinc quod uites, nimirum qd fœdū inceptu, fœdūq; exitu fuerit. Historia itaque tanq; optima uitæ magistra, ea potiss. gesta & exempla considerāda & perlustranda proponit, quibus moneamur, qua ratione in repub. salubriter gubernāda uersemur quomodo & quibus potissimū officijs boni imperatores sint usi in imperijs ri te administrandis, quod uidelicet potissimū publicam utilitatem nō priuatum emolumentum spectarint, & in iustitia tuenda atq; propugnāda, cum magno etiā suarū rerum periculo fuerint solliciti, quod acerrimē uindictarint iniurias, suis amicis illatas, quod nō leui de causa, sed coacti, iusta tamē rerum & restitutione per fœciales petita bellum susceperint, quod sæpe dissimulatione calumniæ, tollerātiaque pacem retinuerint. Contra uero in aduersis animo præsentī intrepido & infracto fuerint, quod omni humanitate munificentia & clemētia sint usi erga bonos: Quod & iuuentutem quæ seminarium est reipub. rectē instituentam exercendam & cohibēdam procurarint, & denique qd studuerint imperia sua pietatis cultu, bonis moribus, legibus, institutis & ministris reddere meliora. Primam operam religioni deberi patet Iosia & Hezechia priorum regum exemplo, quam cum Ozias contēneret lepra infectus est, ut qui diuina fastidisset idem in sordicie ab omnibus fastidiretur. Frugalitatem esse utilem quis dubitet, si ueterum Quiritum frugalitatem contempletur, fuit hæc recenti mundo iucunda nutrix hominū, dum homines modico contenti erant, sed quia posteritas hanc repudiāuit, proq; ea luxum complexa est, quid malorum in nos non incubuit? Corrupt luxus primum Romam, cum post Asiam deuictam unā cum opibus in urbem inuecta est. Cn. Manlius monuerat Ro. milites cauēdam ac fugiendam esse Asiaticam amœnitatem tanquam contagionem exitialem. Campana quoq; luxuria, inuictū Hannibalem, illecebris suis complexa uincendum Romanis tradidit, hanc itaq; pestem deterrimā profigemus, nullisq; sensibus plus quam corde sentiamus, Hospitalitatē amplectemur, quæ à diuinis & pphanis maxime celebrat literis, in tm̄ ut & Ethnici huius prædicandæ gratia, Iouē è cœlo lapsum fabulati sint. Imitemur Iosephi castitatē & integritatē. Scip. Africani maioris tēperantiā, qui puellā elegantiss. facie hosti incorruptā custodiuit & restituit. Et Hypolitus patris irā offendere q̄ nouercali libidini parere maluit, dignus qui reuixerit, illiq; de curæ fuerit, quæ omnium castiss. fabulata est antiquitas. In summa obseruemus, ex benignitate & fidelitate, cōcordia, uitæ integritate, & reliqs omnibus uirtutibus uberē & præciosiss. prouentū in patriā redūdas. Ad ea itaq; quæ potiora & honestiora sunt, studio omni cōtēdamus. Iā cū nulla sit doctrinæ ratio, quæ politicū hoīem magis deceat, q̄ frequēs historiæ lectio, nā præter id qd imensam uariarū rerū copiā, peritiāq; subministrat, etiā faciendā reddit exultā, ut ad qd q̄ psuadēdū siue dissuadēdū, si multis exemplis sis instructus, plurimū ualeas, nā aliorū facta si recte nobis proponūt, etiā nos cōmouēt & percellūt q̄ in nostris reb. circūspectiores simus, & minus præcipitemus, ut nō sit alia res, quæ æque ac historia delectemur, moueamur, & rapiamur. Proinde historiarum studium regibus & Principibus, & qui magnis rebus administrandis præficiuntur. maxime necessarium est, ut suæ fidei & curæ cōmissos debita prouidentia tueantur. Seduli itaq; simus, adhibentes sollicitā industriā in alienis casibus expēdendis, ex qbus uidelicet exorsis & caussis, & ex quo iustituto quibusq; factis & successibus, & p̄ quales homines quæq;

exactis temporibus acciderint, multis enim diuinitus monemur, ut ad nostri deiq; & benefi-
 ciorum eius agnitionem adducamur, multis uero propter admissa, ut resipiscamus, ple-
 ctimur. Impudens quoq; & proteruus fuerit, qui gubernacula rerum moderetur, si susq;
 deq; ferat, ut cunctq; res cesserit & cadat, modo suae ingluuiei & uoragini consulatur. Vnde
 tot temporum calamitates hominum genus, turmatim inuasisse existimabis, nisi ex
 Principum regumque ignorantia & negligentia, At quanto cum maiori periculo huius-
 iusmodi homines errant, tanto maiore studio, se ad historiarum cognitionem exactam,
 conferre deberent, si modo utiles esse cuperent, nam id si facerent, operæ responde-
 ret aliquando pretium. Tolerabile esset, si suo tantum dispendio delinquerent, uerum
 quia Achiui plectuntur, quod reges peccant, secumq; magnam multorum ruina trahunt
 minime his committendum esset, ut ab historia quæ, iuxta Ciceronem, lux sit ueritatis, ui-
 ta memoriæ, & nuncia uetustatis minime excolerentur & instituerentur, quo expeditius
 pericula declinare & occupare, uel tum demum si cœlum turbidum, periculosam horridaq;
 tempestatem minetur, uel etiam si ea ingruat, acri & celeri facilitate & promptitudine, es-
 mergere & euadere, atq; per deflexus sinusq;, ad receptum tutum, salua nauis, incolumes con-
 tendere possent. Et cum historia tanti sit momenti, quis non sobolem prolemq; suam in ea
 exerceri cupiat? Quem item pigeat multum ætatis in ea deterere? Et ut maxime quis ua-
 riorum exemplorum turba, uariarq; rerum gestarum lectione instructus sit, tamen cum ua-
 riæ sint rerum occasiones, neq; intelligat ex circumstantiis, quando uel in rebus cunctan-
 dum sit, uel uti Fab. maximo conueniebat, uel quando accelerandum sit, quemadmodum Ca-
 millo aduersus Gallos agendum uidebatur, quid quæso efficiat? aut si neq; semper eadem
 exempla, citra delectum, imitanda esse nesciat, quid quæso præstabit? acriter igitur iudicium
 magnaq; industria est adhibenda, atq; omnis segnitie expellenda. Id si nos sedulo serioq; se-
 cerimus, non parum fructus reip. accesserit. Non parca sementem faciamus si uberem messem cu-
 pimus, qd inde tranquillitas & salus atq; cōseruatio rerum publicarum pendeat, neq; nos pē-
 sum nostrum absoluisse credamus, nisi in hoc rigidos nos ipsos exactores præstemus. Nam si
 uel paululum remittamus parum fructificabimus, parumq; proficiemus, quod malignitate na-
 turali, omnia fati in peius ruere, ac retro sublapsa referri soleant, nisi diligentissimo studio
 & summa cura operam impendamus, ut si exacta historiarum cognitionem adepti fuerimus hæc
 tandem ad usum & effectum bonum & utilem conferamus & applicemus. Cæteræ quia inter o-
 mnes peritos conuenit, in historiæ doctrina non minus Chronographiā, q̃ τὸν ποταμὸν
 esse necessariā, qd ipsam nosse, nō minus res illustret, quā si loca cognita habeas, nam ex pe-
 ritia temporum tibi constabit, quo quidq; tempore gestum sit, & quis tū mundi huius status, q
 reges & imperatores, & qui amici uel hostes fuerint, & q̃ modo quicq; suas res, suarq; negotia
 administrarint, qui eorū fuerint mores & qui euentus. Nam cū omnia in hoc mūdo instar
 rotæ circumuoluant, semper res alia aliā propellat & insequatur, non parum lucis accesserit
 si tempora rerū gestarū scias. Ideo noster autor, uir in omni doctrinarū genere, medica q̃
 facultate absolute doctus, optime operam suā impendisse uidetur, qui id summam diligentia
 præstare studuit, idq; solū mira breuitate & cōpendio intenderit, ut certa tibi annorū seri-
 es & ratio, à condito mundo usque ad nostra tempora constaret. Quamuis uero multi
 & annos in suis chronicis tradiderint, uides tamen quantum uarient, at is noster, in an-
 nis adnumerandis, biblicam ueritatē exquisitè obseruauit. Iam nisi annorū obseruatione, o-
 pus esset, nunqd putas Mosen & librorū regū scriptores aliosq; prophetas tanta cū diligē-
 tia tēpora per reges & annos assignasse? Illud affirmarim te neq; ad absolutū intellectū, qd
 dū taxat enarrationē rerū gestarū in sacris literis attinet, ut ne spiritalia cōmemorē, perue-
 nire posse, nisi tēpora añosq;, & q̃ q̃ añō, tā apud gētes q̃ in Iudaico populo regnauerint
 exacte calleas. Sed quia autor noster id magna cū dignitate accurate præstitit, plus rerū q̃
 uerborū hoc succincto libello tibi propinauit, quod studio breuitatis deditaq; opera à uer-
 borū lenocinio abstinerit. Hunc igitur tibi commendamus, ut omnia boni consulendo e-
 ius opera felix ac faustus fruaris. Vale, Bernæ, pridie Kalen. Aug. Anno M. D. XL.

IO. TELORVS ABVSIACVS CANDIDO

lectorī salutem precatur.

Emo certe est, qui ambigat, lector candide, quā sit hominis permagno spiritus, ne dicam magnis lateribus, & ingenio summo præditi, ueterum monumenta conscribere, eaq; in usum redigere iustum, unde quid, qd in rem præsentem sit, percipi queat. At, deum immortalem, quæ nam illa est humane rationis industria solers, uirtusq; plane Heroica, retrogredi ad rerum primordia, ac repetere ab origine prima, à iactis terræ fundamentis, in hodiernum usq; diem, rerum gestarum historias portendere, easq; omnibus uelut in speculo conspiciendas proponere, idque ordine conspicuo, ac successu rerum admirabili. Ex his deinde luculenter tradere, quibus auspitijs cœli terræq; fundamina sint posita, quæ Principis limi, hoc est, hominis primi, à summo rerumq; omnium conditore, nobilis illa creatio extiterit, item quæ porro τὸ αὐτὸ μικροκόσμον fuerit successio, donec paulatim in amplum & in infinitū aucta est humani generis propagatio, quando coeperunt oppida, ac mœnia surgere, respu. florere, regionum & coloniarum agrorumq; fines per terminos deduci, his deniq; regna, & orbis imperia succedere. Quæ quidem omnia sic comparata sunt, ut subinde alia alijs, per innumerabilem annorum seriem, usumq; succederent, adeoq; nunc huc, nunc illuc transferendo, miras semper & incomparabiles habuerunt mutationes, auctus, incrementa ac decrementsa, perpetuis fluitantia casibus, ac uicissitudinibus obnoxia, non aliter, ac si res humanas, in continuis uolui motibus, sicut cætera circum omnia, fieri necessum est, oporteret.

Hoc uero quale sit in uniuersum Valerius Anshelmus, uir medicinae facultatis absolutissimus, ac omni genere artium disciplinarumque instructissimus, in medium ac uelut in tabula conspectum dabit euidentissime, Idque quantumcunque in immensum pateat omne, ea tamen breuitate, feliciter perstringendo, omnium rerum auspitia, progressus & fines tradit, ut Lector antiquitatis & Historicae facultatis studiosus, non modo oblectetur plurimum, uerum etiam modis omnibus, paratior reddatur ad omne eruditionis genus discutiendum iudicandumq;. Hic enim superuacue scribitur nihil, quod cum tædio legas, nihil necessarium facit reliquum, quod cum periculo detrahi possit, Breuiter, Quicquid in hoc toto uniuersalis Historiæ opere continetur, in perpetuo officio excitandi animum, ac significandi res memorabiles uersatur: Loquuntur omnia, characteres ac figuræ, sua quæq; res dignitate splendet, autoritateque nititur propria.

Ex his itaq; liquet quis sit usus Historiæ, quæ omni tempore inter homines habita est summo in honore, idq; non immerito. Hæc enim est humane uitæ speculum, unde hominum mores & studia dispicere licet, liquido in omnes partes. Profit itaque corporibus medicina, intersit plurimos esse iurisconsultos, in summo se fastigio positos esse, credant philosophi, de gradu non sinat se deijci militaris gloria. Hæc omnia quidem, quamuis inspeciem, rerum studia & usus habeant plureis, cedent tamen & cessere semper plausibili τῷ τῆς ἰστορίας δυνάμει. Habemus enim compertum, Historiarum scriptores, in summa dignitate, apud omnes omnium hominum nationes floruisse semper, quum hoc genus professores, Philosophi uidelicet ac Rhetores, sæpius loco cesserint, & non magna cum gloria ἐπὶ τὸ πολὺ exacti sint. Causa est quod studeant aliud nihil, quam ut suam expleant habendi cupiditatem, honoris gratiæ, ambitionisq; ius omne diuinum atq; humanum peruertāt. Nil aliud est qd medicis æs, aurumq; fulgens paret, qd morbus corporis κακῆς, miserum mortalibus spectaculum, Quid militibus, nisi humani generis discordia, rapacitasq;. Quem alium finē ueterum atq; nostri sæculi hominum philosophia respexit unq; nisi ut

nisi ut Sophistice & fraudulenter, quæstus gratia è re mala bonam, ex bona causam ractant malam. Quod monstrum illud sit, non eget demonstratione amplius. At è contra non sic habet Historia, hæc nihil tale affectat, quia gloriæ cupiditate tantum, non mercenario obligata stipendio, sed uirtutis amore, & honestatis præmio adducta, gaudet quā plurimis prodesse, idq; absq; omni emolumento, sui monumenta, ad posteros transmittere studet unice, ut minores natu, omnes ad uirtutem, quæ animi constantia, atq; honeste factis constat, excitet, & incendat. Hoc sane Themistoclem apud Græcos, Cæsarem apud Latinos, & alios fama factisq; uiros illustres in usu habuisse literis proditum est. Habet Germania etiam hodie eiusmodi uiros, qui uelut Claudia Romanorum gentis mores sequuntur, in hoc scilicet, quod res & priuatim & publice gestas, exactissime cōmentarijs mandet perpetuis, ut ætas quæ post uentura est, ueterum uestigijs insistant, præclara facinora, tanq; præmia uirtutum proposita, imitetur, Contraria uero his in uniuersum uitet pro uirili. Et hoc quidem illud est, ut poeta inquit, quod homines ad magna nati, sui memores alios fecere merendo.

Idcirco Historia non nisi à uiris magnis tractatur, ut posteros exemplis, quibus ad persuadendum in utramq; partem, nihil est potentius, iuuent omnigenis. Quod etiam in præsentia autor noster, magna ingenij solertia, factitasse uidetur. qui in hanc Methodum *τῶν χρονικῶν*, ex omnibus rerum autoribus depromptam succincte collegit, quicquid à mundo condito, in præsentem usq; diem, à bonis & malis gestum est insignite ac memorabiliter. Hoc autor habet simpliciter, eoq; omnis historiæ lectio tendit, ut ad bene beateq; uiuendum exemplis abundemus, res præclare gestas non inanes umbras sectemur, ne imperitorum more faciamus, qui purpuram pluris quam uirum, emblemata quam opus ipsum admirantur. Id equidem est, cur tantopere exhorter, ac iudicem Historiam esse legendam partim uero quod illa nō tantū doceat, quamuis ne hocquidē propriū eius sit, sed uiam materiamq; discendi suppeditet, & talem unicuiq; qualiter animo affectus est, partim quod hæc eadem sit receptaculum, omnigenæ eruditionis, unde tanquā ex Thesauro depromas quæcunq; ad uitam probe institutendam, ad mores recte formandos facere uideantur. Proinde qui aliorum periculis, sine suo periculo cautior fieri cupit, ac neq; certo destitui experimento uolet unquam, hoc elegans uitæ communis Theatrum contempletur ac studiose legat. Hoc si fecerit probè, sentiet proculdubio, quam minime operam luserit, & quam maximam inde utilitatem suis adiecerit studijs, Vale bene, ac *τῆς τῶν χρονικῶν ἐπιτομῆς* fruiere feliciter. Datum Bernæ, 2. Augusti. Anno XL.

HIERONYMI FRICK CARMEN AD LECTOREM.

Qui cupis ex annis quo singula tempore gesta
Discere, dum nostri seminis autor Adam.
Tempus ad hoc nostrum, quo regnat Carolus orbem,
Imperij & Quintus nomine, sceptrum tenet,
Quæ sint ante quidem & post Christum, exortaq; regna.
Siue apud Hebræos, siue alios populos.
Quam uarij in regnis successus tumq; sequuti,
Vnde, q; Romanum creuerit imperium.
Et quam multiplices regnent mortalia casus,
Quæ ex prauis crescant consilijsue bonis.
Vt nihil in cunctis rebus mortalibus usque,
Stet pede tam firmo, quinq; ruina prope
Vt pro sit quibus est rerum commissa potestas,
Summa, legisse uirum facta per historias.
Hæc tibi, & Historiam mundi dant Chronica ueram,
Quæ sibi emat lector Bibliotheca tua.

IN PRIMAM PARTEM CATALOGI AN-

norum & Principum continentem Ab homine condito Iudæorum ad
Christum, atq; trium Monarcharum in Octauum successionem,
proemium exhortatorium.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios A-
dam, à die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium.
Cogitationes eorum, & timores cordis, adinventiones expectationis, & dies finitionis,
à præsidente super sedem gloriosam, usq; ad humiliatum in terram, & cinerem, Ab eo,
qui utitur hyacinto, & portat coronam, usq; ad eum, qui operitur lino crudo, furor, ze-
lus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseverans, & contentio. Et in tempore refe-
ctionis, in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil
in requie, & ab eo in somnis quasi in die respectus. Conturbatus est in uisu cordis sui, tan-
quam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum ti-
morem cum omni carne ab homine ad pecus, & super peccatores septuplū. Ad hæc mors,
sanguis, contentio, romphea, oppressiones, fames, contritio, flagella, ignis, grando, be-
stiarum dentes, scorpj, & serpentes, super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos
factus est cataclismus. Bona bonis creata sunt ab initio. Sic nequissimis bona, & mala.
Initium necessarie rei uitæ hominum aqua, ignis, ferrum, sal, lac, mel, uua, oleum, panis,
uestimentū, & domus protegens turpitudinem, hæc omnia sanctis in bona, sic impijs in
mala conuertentur. Omnia opera Domini bona, & opera omnis carnis coram illo.

Omnia demum, quæ de terra sunt, in terram conuertentur. Impiorum nomen
delebitur, Piorum autem permanebit in æuum. Ergo magnificentia
am date Domino, & dicite in confessione, opera Domini uniuersa
bona ualde, & omnes homines terra, & cinis. &c.

Ecclesiastic. 40.

TYPOGRAPHVS LECTORI 3.

EN CANDIDE Lector offerimus tibi Chronicon succinctum, seriem annorum iuxta Biblicam ueritatem, & omnes
Principes electi Dei populi, adeoq; Christi saluatoris nostri lineam, continua deductione, ab una parte, Atq; Gentium Mo-
narchas & Imperatores, ex altera parte, mutua temporum rerumq; gestarum collatione, ab homine condito, usq; ad
Christi incarnationem, atq; deinde Romanorū Pontificum & Imperatorū annos, & nomina usq; in Caroli V. Romani Cæsa-
ris Imperium complectens, cum inserta Principalium gentium & regnorū origine & mutatione, & his quæ præcipue me-
morabilia ab alijs sparsim tradita sunt. Adiuncta simul Hispaniæ Franciæq; appendice, quæ omnia mira breuitate ex illu-
strissimis Historicis, in studioforum usum D. Valerius Anshelmus Ryd, summis laboribus congestit, multum perspicuitatis
Biblicis scripturis & omnibus historijs conferentia, frueri hoc precioso opere, & Vale.



100. ætatis suæ 600. ab homine condito 1656. Ogygiam nouimestris inundationis cladē, à se Dei, syderumq; monitis, annos 100. præuisam, in Ocylio Gordiei Armenici montis iugo, ubi locus extat Sale Noah, id est egressorū Noe, & campus Myri Adam, id est euiscerorum hominum, superauit archa, quam iussu Dei ex leuigatis tabulis 30 cubitorum altā 50. latam, & .300. longā, intus, forisq; bitumine inlitam, & in mansiones diuisam, construxerat. Hic cum seruatis liberis, & animantibus egressus, mox seruatori Deo gratias supplicisacrificio peragens, augusta cum benedictione, oraculum fœderali cœlestis arcus signo testatum, accepit. Humanum scilicet & reliquum uiuentium genus, aquarum clade, ultra non solum nunquam delendum, sed & restituendum & multiplicandum, tum à sanguine, qui non manet inultus, abstinendum esse. Hinc Deo deuotus alter ille humani generis Pater. atq; Monarcha progeniem suam 100. annos magnum in numerum auctam, diuinarum, humanarumq; rerum scientia, syderum, temporumq; reuolutione, præteritorum seculorum historia, iustitia præsertim, & religione doctam, tres habitabilis in orbis colonias distribuit, quas ipse per reliquum uitæ suæ perlustratus, ubiq; gentium æterna, tum pietatis, tum imperij sui monumenta reliquit. Vnde ob uaria gentibus collata beneficia, uaria ab eisdem beneficiorum sortitus est cognomina, e quibus insigniora celebrantur. NOAH, Ogyges, Fenix, Vranos, Cœlus, Sol, Vulcanus, Protheus, Dysir, Ianus, Ianus bisfrons, quadrifrons, Geminus, Pater, Iunonius, Consiuius, Clausius, Quirinus, Patultius, Bacchus, Enotrius, Vertumnus, Chaos, Ileton, Nonsemen, Semen mundi, Pater Principum, atq; Deorum. Porro, teste Berofo, anno Beli 56. ex Arabia in Africam ad Tritonē, eodemq; Chameses in Italiam, tū Nini Magni 10. ad Hyspalos, ubi filiarum suarū nomine Noelam, & Noeglam opida condidit. Eiusdem 19. in Italiam profectus, quem triennio emendare nequiuit, Chamesem gentis corruptorem expulit, & corruptam ab eo gentem, transianiculum amnem, qui Tyberis, præfecta ei cum alba regina Crana Razenua filia sua. Aboriginū nomine, à Comaris Ianigenis segregauit. Eisdem anno Semiramis, primo Sabatium Sagam Saturnum Scythicum à Nino Ioue in Italiam naue fugatum, benigne susceptum, Coritum dedit. Ianigenis item, Ianiculo ad Vaticanum in Pontificiam conle-

Cathacismus

Noë dogma

Orbis diuisio.

Noe cognomina.

Noe peregrinatio.

Aborigenes. Ianigenæ.

a a crato, Phys

Cognomina
Titea &
opera

crato Physicam, Astronomiā, Ritus, & rituales docēdo, literisq; mādando tradidit. Tum apud hos anno Zameis. 8. sancta uita defunctus, Vertumni numine, templo ei dedicato, diuino cultu ueneratus est. Sed & eiusdem uxor Tytea magnam ob prudētiā, atq; beneficentiam terrae numine consecrata, Terrae. Opis. Aretiae. Horchia, Vestae. Cybelis, Magnae Deorum matris adpellationes obtinuit, quae anno Semira. 6. Razenuis Virginibus perpetuum, & celibatum, & sacri ignis cultum mandauit. Post aquarū autē cladem tripartito in orbe celebriores sunt gentes hijs Noaticis exorta generationibus.



GENERATIONES NOAH EX MOSE,

atque Berofo.

GENERATIO SEM, EX MOSE. BERO. ET IOSE.

Melchisedech
regnum

Iherusalem

Sia princeps Samus, qui Melchisedech rex iustus atq; Pacificus, & altissimi dei sacerdos, cū Seht, su per omnē animā in origine Adā apud hoies glori am adeptus. Accepto uniuerso Asiā à Tanai p Bosphorū, usq; ad Nylū Aegypti littore, Pōtificiā regiāq; Tetrapolim Salē. Ieb. Syō. moria cōdidit. Genuitq; principes insigniores hos. Assyriū Aegypti coloniāq; post Chamesem ducē, Assur illic sui nominis opidi cōstructorē. Helameū Elamitay, q Perse, principē. Arameū à q Aranei Syri, et Armenij Scythē. Ex hoc nati sunt, Getul. Alanus, Aufon, Mesa, Vnde Getuli. Alani, Aufones, q Apuli, Is em anno Aralij 10. classe in Italiā uenit, et Ausitides Syriē patriā lob. Mesij Misij, q Valachi. Ex Mesijs, et Getulis Mesagethē. Ex hoc Dacus, Getus, Bannō, Thynus, et Brygus à quibus Daci, Getē, Gothi. Panones & Phryges. A Brygo item ex Hispania per Germaniam in Asiam profecto, restant Brygum, Brygantum, & Bartobryga, quae nunc Ratisbona dicitur.

urum

Arpaxeū, qui Arphaxat, à quo Arphaxatei, qui Chaldei, Ex eo prodire Sala, qui genuit Heber Hæbreorū & linguē, & nominis authorem. Hic autē, quo tempore diuisus est orbis & linguē secūdū 74. principes discrete sunt, genuit Phalech

Iectan



& Iectan gemellos. Ex Iectā, qui Ister, a quo Istro fluuiū nomē Idem Danubius gentilis ab fonte noster. Sale, à quo Salonā, Iader, Dalmadan, Epyrus, Sarmates, Adulas. Vnde Iadera, Dalmatia, Epyrus, Sarmatia, & Adula mons à Constantiensī lacu in Mesembriam ponticam tensus.

GENVS ET PRINCIPES CHAM

Ex Mose & Berofo.

Phricæ princeps Chamefes, adpellatus Innuus, Incubus, Syluanus, Pana, Aegyptiorum Saturnus, à patre Noah maledictus, Auarus, Magus, Gygātei, diluuiūq; puniti criminis resuscitator, atq; diffusor. Omne littus Aphricæ usq; in Oceani & Gaditū angustias possedit, præcipue uero in Lybia, Sicilia & Italia regnauit. Is porro Aegyptijs, apud quos in Thebaida sui nominis opidum Chemin, id est Panis urbs, atq; Thelchinibus, qui Rhodij, magia corruptis, Italos quoq; Ianigenas, ubi sui nominis urbs Cameria, deprauans, à lano patre propulsus, & Rheg, quæ Padora, fororis, atq; simul uxoris occasione, Titanumq; fratrum auxilio, Lybiā, electo in Cretā Hāmone, uēdicauit. E qua aūo Nini Magni 43. à Dionisio Hamonis filio, Nyseis & Amazonib. duce Minerua; iuuatibus, tum patre, Titanibus occis, restituto, reiectus, in Baetrios cōcessit. Vbi mundi principia, Sydera, magiamq; professus, Zoroastri adepto nomine, cū præstigijs sese regem effecisset à Nino iuniore, ultimo imperij sui aūo, subacta gente, trūca tus, uitia, tyrannosq; more, nō prius q̃ uitam finiuit, Attū, optimo Deo, Cœlestes cœlestibus, atq; terrenos terrenis plerūq; compensante, factū est, ut is omniū maximam terreni principatus originem, & hos Duces, Regesq; propagarit.

Canam, idem Phoenix, à q̃ terra Canaan, quæ Iudæa, Phœnicis, Damasci, & Palestinæ principem, atq; Sichei, Sydonis, Archadij, Emathij, Synij, Samarij, Iebusei, Amōrhei, nec nō & reliquosq; à Mose numeratos Cananeosq; ducū patrē. Vnde Sychei, q̃ Phœnices et Sychē ciuitas, q̃ Sydon, Sydonij, q̃ Poloni. Archades, Emathij, Syna mons, Iebusei, alięq; decem Cananeorum gentes nomina habent.

Phaethontē, qui Phut, seu Pheritō, à q̃ Phutei, q̃ Lybij, et Mauritiæ flumē Phut, Lybie regē. Qui cū aūo Aralij 39. ē Lybia in Lyguriā pfectus esset, cōflagrationes exarsere. Vnde Phaetonteī incēdij fabula nata. Inde in Aegyptum reuersus, reliquit hos duces. Lygurē, Cidnum Eridanū, Ventū, Venetū, Tylam, a qbus Lygures, Veneti, & ab alijs fluminum nomina supersunt. Chus, seu Currem Aethiopum Saturnum, unde Chusei, qui Aethiopes, quorum Colonia ab Osyride ducta, Aegyptus, quæ mare fuerat, et Curetes 10. ex Idaea geniti, qui multa humano usui necessaria Cretam habitantes edidere, Osyrimque nutriuere. Ab hijs Creta, Idaea, & Idamōs. Huic inter alios fuere filij. Nymroth uenator robustus, Babillonice Monarchę fundator. Sabatius Sa-



Adula mons



Chami cognomina



Phaeton



Sabatij cogno-
minaSaturnia Ro-
ma conditaTuscia popu-
li nominatores

CHVS.

Vfus vini &
musicæ

Sabatius

Nymroth

Numidarum
Rex

Sabos

Arabs

Gogus

Indiæ nomi-
nator

Dionysus Pallas.



Tryton

Osiris.

Isis

Typhontis ex-
xitus

Lybius

Lydo



ga, qui Pistius, Fidius, Semipater, Semirex, sapiēs & iustus Pō-
tifex & Saturnus Scythicus nuncupabatur. Ab eo Scythia Sa-
ga. Italiaq; Saturnia dicta est, Saturniamq; in capitolino colle
fundauit anno Semira. primo.

Sabus à quo Sabei, Sabelli, qui Sañites, & Sabini, Huic succes-
sere Curitus, Anitinus, Aruncius, Ferētius Tuscię populorū
nominatores. Arabs ex Chus Arabia rex. Saba turifer scēli-
cis Arabię cum Gogo filio Princeps, genuit Tritonē, primū
Lybie regem, à quo Tritonis lacus. Hic Hamonem, Cornige-
rum, ab arietini capitis insigni dictum, à Rhæa coniuge,
Chamelis sorore in Cretam pulsum, ubi accepta in uxore Cu-
retis regis filia Creta, regnum & regni nomen obtinu-
it, & Dionysium ex Amalthea genuit, Nyseorū nominatorē,
apud q̄s educatus ille, Vinearū, uini, ceruisiæq; opus, & Mu-
sicæ certamina docuit. Palladem perpetua uirginitate, prudē-
tia, & militari arte claram, ad Tritonis lacum, unde Tritonia
dicta, repertam adoptauit. Quæ prima Lybicos pallatua in-
struxit. Patrem Lybiæ restituit. Osyridem adoptatum, sub O-
limpo præceptore Aegyptijs, atq; Sylenū, Vnde Syleni gēs,
primum Nyseis reges dedit. Ex India reuersus uictor, Tyta-
nes extinxit. Triton præterea genuit Iarbam Numidarum re-
gem, à Myrina Pallade Amazonum regina regno spoliatum
& hic Geradeabum Hispanię Tyrannum, ab aurifodinis à
se repertis ditissimum, & ob hoc à Græcis Chryseum, & à La-
tinis aureum adpellatū. Ex eo prodiere Tergemini Lōnīmī,
id est principes, Geriones Hispanię gygātes, à Lybio Hercu-
le perempti. Ex Gogo itē Sabæ filio nati sunt Indus, Indiæ no-
minator, & Orientalis Asię rex Ganges à q̄ fluuiū nomen.

Mezraim ex Rhæa, quæ Pandora, Aegypti Regem. Vnde
de Aegyptij Mezrei, Idem Osyris, Sol, Apis Serapis, Hamō-
nius, Dionysius, Olympius, Iuppiter iustus adpellatus, diuer-
sa totus à patre natura, in omnes optimus, ideoq; cōmuni oīm
fauore pius pater acclamatus. Qui regno pacato, uniuersum
orbē, Hercule Lybio duce, Isideq; sorore simul & uxore co-
mite, peragrauit, egressus anno Zameis primo. à se inuenta,
docens, iustitiā omnibus imperans, oē studiū in puniendis ma-
lis, atq; plus in honorandis bonis impēdens, aliquot gētibus
expulsis tyrannis, filios suos reges dedit. Vti Maronē uinearū
& agrorū cultorem Thracibus, ubi Maronea ciuitas. Tripto-
lemum tritici satorē Atticis. Orum diuinatōrē, & medicū Ae-
gyptijs, à Tiphonte interfectum, sed à matre Iside tum ui-
tæ, tum immortalitati restitutum Aethiopes agros colere, ac
tributa pendere docuit. Maxime uero oīm non bellis, atq; pe-
riculis, sed otio, hominūq; salutē deditus, apud oēs gentes pro
Deo habitus est. Tum anno Balei ij. 43. in Aegyptum multis
donatus, & receptus honoribus, regressus à Typhonte fratre
Gygante Aegypti, Tyranno, totius orbis gygantibus cōscijs,
p conspiratorum numero in 26. partes est impie disceptus,
Eius

Eius tum ulta mortē, uxor Isis, cetera corpus fictum, ignotē cōmisit sepulturā, tertiā agrorum parte ad eius cultum sacerdotibus donata, qui illi Apim, & Mēphim boues, Aegyptiis sacros, sacrificant. Genitalia quoq; Priapi hortorū, uinearumq; custodis, numine coli mandauit. Hinc illa, Io, Iuno, Ceres, Tefmophora, Luna, cornuta, propter recentis lunæ speciem, bovisq; sacrificium, uocata. Et frugifera, quod hominum cædes, ablata per traditum uictus usum, sœuitiæ causa sedauit. Et legifera, quoniam iustitiæ cultu, uim, iniuriarūq; timore impositæ per insolubiles leges pœnæ, abstulit. Medicinæ quoque studiosa, tum uiua tū mortua egris opē tulit. Ex Italia in Aegyptum reuerfa, anno uitæ suæ 600. ibi defuncta, apud Mēphim in Vulcani loco diuinis cū honoribus condita est. Fuere autē Mezraim filij præcipui, Lybius, Lydus, Meon, Macedo, à quibus Lybia, Lydia, Meonia, Macedonia. Casleus, & Petreus, Philistinorū & Cappadocū principes. Orus, qui Pluto, tenebrofarū, Orcadum insularū rex. Qui, quod cultū uitæ, pecuniarumq; in usum docuit coadceruationē, Dis est appellatus. Quod uero sepulcro, funerūq; pōpas induxit, uita functis, apud inferos dominari creditur. Neptunus naui gaudi arte classem instruxit, à patre mari præfectus, maris & Deus & Imperator est habitus. Item & ab equitandi arte tradita Hippius est adpellatus. Genuit is Lestrigonem præfectum Italiæ ab auo Osiride. Item & Phorcum Corsicæ Sardiniaq; Reges, patrem hunc Italicarum Gorgonum formosissimarum Euriales scilicet Stemnonis Scyllæ, atq; Medusæ. Rhodum ex Telchinium sorore filiam, à qua Rhodo insulæ nomen. Huius amore captus Sol, insulam aqua suffusam, reparauit. Ex eaque genuit Helyades vii. astrorū peritissimos. Ex Græcorum prodidit fabulis Diodorus. Ex Ioue & Iuno ne deas, deosq; natos esse, quibus ad perpetuum cultum, memoriāq; omnium ab se gestorum, & inuentorum laudem attribuit. Sicuti Vulcano, ea, quæ ignis opera fiunt, & metallorum usum. Marti, armorum inuentionem, bellandique artem, contra Deorum aduersarios exercendam, Apollini diuinationem, medicinam, musicam, Citharam, & Saggiatariā. Huius ex Ariadnæ filius Aesculapius Chirurgiā, radicū uires, & medicamentorum compositiones tradidit. Mercurio præconia, bellorum fœdera, dissidiaq; mensuras, pondera, numeros, concentum, lyram, palestram, sacrorum ritus, astrorum motus, uerborum ordinem, & interpretationem, unde dictus est Hermes. Dionysio uitis, uinique usum. Veneri maturæ uirginum ætatis curam. Lucinæ parientium. Dianæ infantium custodiam. Gratijs corporis decorem, formāq; cōcernentia, & gratiarum retributionem. Hijs uero, quas Oras uocant, ac sūū cuiusq; indicat, ad cōmunē utilitatē

munus



NEPTVNVS.



Rhodus Phorcus Lestrygō



Gorgo. 4.

Heliad. 7.

Artium & operum inuentores



LIBIVS HERCVLES.

Gades Herc
culis.

Galathes.



Hispalus

Blascon mons
Italia reges.

Blascon.



Dardanus. Iasius

Dardania sum
data

IAPHET.

Iapeti nomina
regrum

Eunomia, id est lege, Iustitia, & pace. Musis 9. filiabus litera-
rum, & carminum inuentionem. Palladi Olei plantationem
uestiū adparatū, edificandī artē, operaria instrumēta, & tibias

LYBII HERCVLIS GENVS EX

Mose Berofo & Annio.

Ybius à q̄ Lybia, idē Hercules Olyridis incerta
matre filius, suęq̄ peregrinatiōis dux fortiss. Is ad
uindicandā patris necē, sub Baleiij. et Altadis Im-
pio sumptis armis, Gygātes, Typhōrē uidelicet unū in Phry-
gia, & alterē in Aegypto, Busyridē in Phoenitia, Anthēū in
Lybia, Milinū in Creta, Lestrigones in Italia, Lōnimos Geri-
ones in Hispania postq̄ extinxit. Tuscū, à q̄ Tusci, sibi suffecit
Italīs, Galathē Celtīs, ubi Alexiā cōdidit, & Hispalū Celtibe-
ris p̄fecit. Ipse tum post multa, p̄clarāq̄ gesta grandeuus,
apud Celtiberos uita defunctus, iuxta Gades suas in insigni
ei consecrato templo diuorū honore conditus est. Ex eo sunt
orti duces. Tospiades 50. ex quorū uno Sardus à quo Sardinia,
Galathes ex Galathea Celte regis filia, Vnde Galathe, Galla-
tij, Galli, ex hīs & Grecis Gallograci. Hispalus à q̄ Hispalis
ciuitas. Agathyrus, Gythōn, idē Gelon, Agathyrorū, Gelo-
numq̄ principes. Athus Meoniae Rex, ex Omphale iunioris
Athi abauus, q̄ Dardanū ex Italia ob fratricidiū pfugū, Me-
onici agri parte, à Brygis Hispanis Phrygia nominatē, dona-
uit. In qua is Dardaniā condidit. Pro ea uero Thurreno, qui
Thorebus. Vnde Thurreni, Athi filio relicta Italię portione
tradidit. Ex Thusco Thuscorū rege natus est Alceus, ex hoc
Blascon, unde Blascon uitifero moti nomē, pater Camboblas-
conis, qui Ianus iunior, Coritus, id est Iupiter, Itali ab Electra
uxore gener. Armonia uestalis uirgo. Curis Sypi Veiuzi Re-
gis pater, à q̄ Sypontum, & Sipalis fons. Huius filia Tyla, que
Cibeles uxor Iasij, Phrygum sacerdos maxima, cuius Sacer-
dotes Galli. Ex hīs Coriban, à quo Coribantes sacrificuli,
hic sub Amintis initium, Thurreno in regnū successit, ad Dar-
danum patrū in Phrygiā cū matre, Iatis secū Magne deorū
matris sacris, perrexit. Ex Camboblascone Ioue, regeq̄ anno
Mameli 10. Coritus Iasius, & Dardanus. Hic año Ascatidis 13.
Iasio fratre necato, Dardaniā fundauit, anno Asca. ultimo.
E quo successere reges Eriktionius, Tros, Ilus, Laomedon,
Priamus, Hector, Francus ab hoc Franci, Celtae rex factus
anno Tentei primo.

GENVS ET PRINCIPES IA.

phet, ex Mose Berofo atq̄ Annio.

Vrope princeps Iapetus Priscus, qui Dyris, Mau-
rus, Atalaus, Athlas senior, Astrorum doctor, Gē-
ti, monti, Athlantiaq̄ fabulæ nomen peperit, à
patre Noah omne littus Europæ à Gadibus ad Tanaim acce-
pit. Ex eo p̄cipui sunt hi nati reges atq̄ principes.

Comerus

Comerus Gallus anno ab aquis 141. Italicę solitudinis 108. Ianiq; primū in eam aduentum 33. primus Italię rex factus, Genti a se nominatę literas, & leges dedit. Genuitq; Ascanū, à quo Ascani, qui Rhegini. Poloni Ripheū, à quo mōtes, & Gens, quę Paphlagon. Tagumorma Celtiberorum regem, Tagi fluminis nominatorem. Ochum Veium Italię post 58. regni sui annum regem, à quo Veiochus mons. Huic exactis 50. regni sui annis, usq; ad Italum, & Romam per annos 430. succedere reges hīj Chamefes, Ianus secundum. Cranus, Razeuius, Aruns, Tages, Sycanus, Enakij Lukij, Apis, Lestrigon. Hercules, Tullus, Alceus. Hesperus, Italus, cum eo Abo rigenes rexit Romanę urbis conditrix Roma, cui usq; ad Aeneam per annos 445. succedere reges hi Roma nescius, Picus priscus, Faunus priscus, Annus Faunigena, Vulcanus, Mars, anus, Ceculus Saturnus, Picus iunior, Faunus iunior, Latinus Aeneę focer, huic ad Romulū per annos 428. quī decim Syluiorum reges succederunt.

Samothes Dijs sapientissimus primus Gallorum rex anno ab aquis 143. creatus, Gallis Samotheis usq; ad Troiā excidū per annos 982 à stirpe reliquit hos reges, Magum tectorū inuentorem, à quo Magum, & Nouiomagum opida. Sarronē qui anno Zaneis 8. publica literarū gymnasia instituit. Dryum. Drydum sapientem, & auguriorum doctorem. Bardū musicę, & carminum authorem, Longhum. Bardum iuniore Lucum, Celtā, Galathem, Lugdum, Belgium, Allobrogē, Rhomum, Paridem, Lemannum, Galathem iuniorem, Namnem, Rhemū, post Troiā euerfam aīo 6. receptus est à Celtis Francus Hectoris filius. Hic usq; ad C. Cæsaris dictaturam, qua tota Gallia uicta, Romanis 500. circiter paruī aīos. Singulis eius gētis populis singuli pręfuerunt principes. Memoratur interī Ambigati Celtař regis sobrinus Bellouesus Cisalpinorū Gallorū regni fundator. Breñi duo, quorū primus Romā, alter Delphos templū incēdit. Cōgolitanus, & Acrestes ab Atilio. Virtutis à Fabio uicti Auernorū reges, postremi uero à Cef. domiti Vercingentorix, et Comius. Tum exacto per Gothos Romanorum dominatu, alterum Francogallorum scilicet regnum ceptum est.

Tubal anno ab aquis 143. in Hispania capto regno, Tubal sui nominis urbē in Bethica cōdidit. Cui à stirpe aīis 982. ad Troię euerfionē succedere reges, à qbus locis, populisq; noīa supersunt, hīj. Hyberus, Iubalda, Brygus Tagus, Betus, Gerion, Hyspalus, Hyspanus, Hercules, Hesperus, Athlas, Italus, Sycorus, Sycanus, Syceleus, Lusus, Syculus, Rhomus, Pallatius, Cacus, Erythreus, Gargoris, qui Amellis colligendi arte Mellicola dictus, primo excisam post Troiā aīo regnare cepit. Mansit tum Hispania sub partitis principibus per annos 1071. usq; ad Charthaginensium imperium, cui exactis 35. annis, usq; ad alterū Gothorū regnum imperauere Romani.

Ion pri



Ionum
Atheni
ensium
regniū.
Cyprus.

Italia.

Roma.

Thracia.

Gorgones.

Amazones

Tuischoni re
gni et genus.



Ion primus Ionū Gregorū rex, à quo gēti, mariq; nos
mē. Ex eo sunt orti. Helisa unde Eoliū, Helysiū, Heliseus
campus in Betica. Tarsus, Tarfi, Cyliciaq; dominus.
Cethim à quo Cyprus Cethim. Dodoneus, Dedanorū
Sarmatharū author. 500. annos in Illyrico uiuit. Hesper
us à quo utraq; Hesperia. Ithalus, idem Athlas iuuior,
& Kytis, à quo Italia nomē, & eadē Kytis appellata. Ge
nuit hic Syculū Syclia nominatorē, & regem. Sycon,
qui expulso patruo in Celtiberis genti, fluuiocq; nomen
dedit. Romam filiam ab originum Regulam, à qua Ro
ma condita est, & adpellata. Pleyades vii. Italicas à Pleyone
matre, à patre Athlantides, & à materno auo Hesperides ad
pellatas, & Principibus, & Dīs amatas Nymphas.

Tyram Tyri, Thraciaq; Princeps. Moscus Mosconum A
sia, & Europæ Dux. Medus medorum rex. Magogus Cele
syria Dominus.

Myrina filia. Gorgonum in Africo Oceanopositarū regi
na, instructis Amazonihus pallatis, sub Aralio, Hyarba re
ge deuicta, tum Lybia, Numidiaq; subactis, perpetua uirgi
nitate, & armis clara, Trytonides, Lybica Minerua, & Pallas
est adpellata. Sed & alia de Scythis Amazones prodire,
imperio clarissime.

GENVS LIBERORVM NOAH

post aquas Natorum. Ex Bero. Diodo. & Annio.

Eniti sunt Noa post aquarum cladem Berofo tes
te, liberi. Tuischon Gygas, qui cum Istri, Mesq;
filij, & fratribus ab Adula mōte in Mesembriam
ponticam, & à Tanai ad Rhenum anno ab Aquis
156. regno capto, anno Nini 4. Sarmatis, atq; Ger
manis, & leges, & literas tradidit, ab eisdem post 150. regni
sui annum in Deos relatus. Cui à stirpe succedere apud Ger
manos reges, ab auo Noah in filios adoptati, uiri feroces om
nes, qui ad Sphæri imperium regnantes, sui nominis loca, po
pulosq; reliquere. Mannus, ingheun. Istheun Hermion,
Marsus, Gambriuius, Sueuus, Vandalus, Teutanes, idē Mer
curius. Alemañus idem Hercules, & Hunnus. Athuischone
Thuyfscum, & T huiſchburgum opida Reni.

Prometheus, q; Aegyptijs ignis usum prodidit. Tytanes 17.
à qbus Tytanim Aegypti opidū. Regina, quē, ut Diodorus
scribit, uni Tytanū, Iperioni fratri, cœlestium motuū, tempo
rūq; doctori, nupta, duos edidit liberos, quorū unus mas So
lis, qui sacer ignis ante, & altera fœmina Luna, quæ Menæ
prius uocabatur, sed & mater ipsa Cybelis adpellatiōibus di
uis sunt adnumerati. Ex Tytanibus itē fuisse Memoriam, &
Themidē filias, quæ altera Rhetoribus sacra, memoradi, lo
quendiq; rationē, & nomina rebus dedit. Altera uero legū la
toribus

toribus celebris, diuinandi artē, sacra, cultumq; Deorū, bene uiuendi, pacisq; leges docuit. Pandora iunior, eadem Rhea Osyridis mater. Oceanus rex, à quo Mari, & Nylo nomen, huius soror, & uxor maris numen Thetis, horum filia tertiæ terræ portionis nomine Europa. Typhæus gygas Aegypti Tyrannus, hīj præter Tuifchonem Aegyptum coluerunt. Iapetus iunior, Crana filia, Granus. Cranaus Italiam cum Comero habitarunt. Araxa prisca, à qua Scythico fluuimini nomen Araxi, huius filius Scythia prisca primus cum matre, Sabatioq; pōtifice, Scythiæ ab se nominatæ Rex. Genuit is Prutiū, à quo Prutiū, Pruteni, Prussij, & Napum Napeorum ducem.

Scythæ igitur gens origine, imperioq; non minus fœminis quam uiris illustris, imperium Asiæ ter quæsitum, tributarium sibi usq; ad Ninum tenuit inuicta. Bactrianum mille urbium regnum, item & Parthicum condidit. Parthi nāq; scytarum exules hinc uero domini, quorū fuerant serui. Darium ingenti strage fugauit, ingentiore Cyrum, & Zopirionem, Alex. M. Ducem prostrauit. Romana magis audiuit, pressitq; captis aquilis, quā senferit arma. Emisit hæc deniq; populos uniuerso penē terrarum orbi formidatos, & exitiosos. Alanos, Hunnos, Gothos, Bulgaros, Sclauos, Turcas, & Tartaros. Eiusce præterea gentis fœminæ apud Thermodon flumen exules, in ammissorū cæde maritorum ultionē, contemptu dein uirorum, matrimonium seruitutem adpellantes, Amazonum nomine regno capto, non modicam Europæ, Asiæq; partem armis obtinuerunt, ciuitates alias condiderunt, Themiscyram conditricis reginæ nomine, regni caput. Ephesum, & Smyrnā, & alias euertere, tanti animi factę, ut cū sumis Principib. Hercule, Achille, Alex. M. atq; Pōpeio M. manus conferere non detrectarint. Vna item earū regina Minotheca cum 30000. fœminis, 25 dies itinere, prolis cōcipiēde adfectu Alexandro M. cōgressa, post dies 30. grauida recessit.

Post aquarum itaq; cladem tripartito in orbe cælebris ora regna sunt habita, in Asia quidem cellissima, omniū um Babilonicum. In Aphrica Aegyptium, & Lybicum In Europa uero quattuor, Italicum, Celtiberium, Celtarum, & Tuifchonum, hīs Ionicum nonnulli addunt. Ex hīs Europæ regnis, Tuifchonum omne in Germaniæ adpellationem collatum, imperij diuturnitate, gestarumq; rerum gloria cæteris facile præstat. Id ante Romani imperij declinationem testantur in Asia Cimerij. In Europa occupatæ Italiæ partes, incensa Roma, uastata Hispania, & Gallia in Germaniam tractæ Belgæ. Quingentorum annorum cum Romanis cruentissimæ utrinq; certamen. Post Romani uero imperij declinationem feroces adhuc Germani pristina libertate uindicta, Burgundiones, & Franci totā Galliam. Sueui Lusitaniam. Vandali Lybiam. Saxones Britanniam. & Longobardi Cisalpinam Galliā mauortibus armis possederunt. Atq; postremū Ro. impij maiestate, animi, uiriūq; potētia, sui iuris effecta, seruata fide, magnanimitateq; ruditatē, ferociamq; exuerunt adeo, ut eis in orbe nunc usq; haud facile homines, uel quis in genere studiorū, artiūq; tū domi, paceq; tū foris, belloq; pollentiores, hospitales, itē generosiores, ac simul corporis forma, roboreq; præstantiores reperiatur.

Hebreo-

Pandora
Oceanus rex.

Typhæus
Europa

Araxa.

Scythia prisca.



Ex Iustino Scytharum laus.
Parthi.

E Scythiæ orti
populi.

Amazones.



Amazonum
ortus atq; patria

Minotheca

Principalia
orbis regna

Germaniæ
laus

CATALOGVS TEMPORVM
HEBREORVM PATRV SVCCES.

sus ex Mose.

HEBREORVM PATRES,
et anni ab aquis ad Mosē.



Non extendas manum super puerū,
nunc enim cognoui quod timeas Do-
minū, per memetipsum iuravi, quia.



1. SEM.
Anni 600. Añi gñatōis. 2.
2. Arphaxat
338. 35.
3. Sale.
833. 30.
4. Heber.
262. 32.
5. Phalech.
239. 30.
6. Reu.
302. 32.
7. Saruch.
230. 30.
8. Nachor.
128. 29.
9. Thare.
205. 70.

Añi ab hoc cōditio

Nno Nini Magni 43. ab aquis 292. ab Adam 1948. in Vr opido Chaldeorum natus Abrahā, Magns atq; gloriosus electę stirpis pater, et dux, anno uitę suę. 75. iubente Deo, ex Aran, ubi pa- uem sepelierať defunctum, in Cananeorum terrā profectus, hinc, urgente fame, in Aegyptum, inibi, ut scri- bit Ioseph. Sacra, Deum unicum omnium creatorem, Cœlū, uniuersamq; naturam docendo, locupletatus, reuersus, He- bron auitum opidum eligens. Loth ex fratre nepoti Sodo- mam habitandā concessit, quo paulo post ab se deuictorū ā re- gū spolijs erepto, ā Salemi rege, atq; pontifice Melchisedech panem, & uinum cū benedictione, relatis in gratiā exuuiarū decimis, accepit. Anno deinde atatis suę 99. ā Deo ter bene- dictus, & nomine auctus, testamenti sempiterni promissionē carnis circumcisione sigillatam, mox ut est iuxta diuinū man- datum profectus, anno sequente Isaac ingenuū filium, ā deo promissum simul & a se benedictū, ex uetula, steriliq; Sara cō-

1819



Salua animā tuā, noli
respicere post terrę
nec stes in omni circa

iuge nobi
li genuit.
Quo tēpo
re paulo su-
periore, us-
nico dua-
bus cū fili-
is, uxore,
ob respe-
ctū, in salis
statuā uer-
sa, Loth sal-
uo, quinq;
Socōs

ABRAHAE SVC-
CESSIO.

AETAS MVNDI III.



1. ABRAHAM

*Ami
vile.*
175. 100. 2028.

2. Isaac.

180. 60. 2108

3. Iacob.

127 90.

4. Ioseph.

110. 2308.

HEBRAEORVM AEGYP-
tie seruitutis anni.

125. 2253.

Hij anni possunt suppleri per Am
ram 55. Et Moysen 80.

Sodomorum urbes igni punitore Deo sunt extinctæ. Tum
Loth ex filiarum incestu nati sunt Amon & Moab filij Amo-
nitarum, Moabitarumq; reges. Anno autem ante mortem
Abrahæ 15. Sexagenarius Isaac, sterili Rebecca Deo partū
faunte, gemellos edidit fratres, priorem Esau Idumeorum
principem, & Iacob posteriorem licet à patre tñ, Deo despos-

Genus Loth.



nente, primogenitorum iure donatum, atq; simul à Deo be-
nedictum, XII. Patriarcharū patrem. Qui sacra post uota, gra-
uesq; post labores, Israelis nomen adeptus, annos natus 130.
cum 70. animabus ad Iosephum filium, Hysmahelitis ann o
ætatis suæ 17. à fratribus uenditū, sed diuina gratia, diuinocq;
suo spiritu, à Pharaone Mundi saluatorem appellatum, reg-
nocq; præfectum, à filijs ductus, Heliopolim dono regis annos
dein qbus uixit 17. habitauit, à Iosepho, atq; moriens præce-
perat, in auitum sepulchrū repositus est. Hæbreorū itaq; gēs,
in Aegyptum colonia posita, deinceps mirum in modum &
uiris, & opibus aucta, superstitē Iosepho duce, fœliciter ibi-

*Iacob peregrini
natio.*

*Ioseph mundi
saluator.*



Nachor Abrahami fratre IOB Ausitidis Regulum singulare patientiæ spectaculum
progenitum esse. Item & Iacob ex Dina generum fuisse.

IOB GENVS.

Sunt qui scribant, Ex

b

MOSIS

CATALOGVS ANNORVM
AETAS MVNDI IIII.
MOSIS, ET IVDICVM ISRAHELIS
successus, ex sacra Historia, & Philo.



ISRAHELIS IVDICES

Pharaonis in-
teritus.

et anni iuxta 70. et
Philonem.

1. Mosés.

20.

2. Iosua.

27.

Lex data.

3. Othomiel.

20.

2520.



Balaami fata.

Mosis obitus.

laamo uate, qui ab Asina sermonem extorserat, & salutis futuræ stellam è Jacob oriturâ prædixerat, interfectis, prædam retulit. Ouium, 675000. Boiū 72000. Asinorū 61000. & puellarum uirginū 32000. Captisq; 60. uiribus Arabiæ fines usq; ad Iordanū obtinuit. In hijs desertis, coelo escas, & petra potum, abunde præbentibus, in cōsumpto uestitu, annis 40. cū duræ ceruicis populo, laboriose transactis, omniq; à se liberata gente, uno duntaxat Iosua cū Caleph ob fidē superstitē, in credulitate preueniente Deo, præmortua, in monte Nebo, nusquā extante sepulchro, anno uitæ suæ 120. uiuaci sensu ab humanis gloriose decedens, nouæ gentis Pon. Eleazari Aaronis filio, atq; ducatum Iesu Naue, qui Iosua, Dei præcepto tradidit,

Nno Ascatidis 8. ab Abrahā

a 505. ab aqs 797. ab Adā 2453

aprimo Abrahæ in Aegyp-

tum ingressu ad seruitutis solutionem 430. Mosés adnepos Leui, uir strenuus, sapiens, & Propheta, legū latoꝝ maximus. Homínibus, Deoq; cum dilectus, tum & ab eodem mire seruatus, et ex opilionead montem Oreb liberando Israheli dux cōstitutus, censu armipotentium uirorum, præter innumeram foeminarū, impube-

rum, uernarumq; multitudinem, plus quam 600000. Cancrę polytanæ potestatis, xi. Pharaone, magno exercitu per rubrum mare sicco pede transfugas, persequente, illic cum 600. curribus, 50000. equitibus atq; 200000. peditibus demerso, Aegyptiam seruitutem soluit. Hinc ut Iosés scribit, hostium armatus exuuijs, angelo Domini diu, noctuq; præcessore, in Arabiæ deserta profectus, Amalechitas, eo orante, & Iesu pugnante, uincēs præda gentiumq; metu ditatus est. Vbi durarum tabularū leges, dei digito in Syna monte conscriptas, tulit. Ligneum templum consecrauit, Sacerdotes & Leuitas,

Aaron fratre diuinitus ad pontificatum delecto, constituit. Subinde post multos errores, grauesq; murmurantis, ac delinquentis populi adflictos Cananeorum gentes, Duce Phineas Eleazari Pon. filio, qui legum zelo, 24000. rebellium occiderat, bello adgressus, paucis uictor, ex una Madianitarum, Amorreumq; strage, regibus quinq; populoq; utriusq; sexus, solis puellis saluis, omni, cū Ba-



2. Aod. 80. 2620. tradidit. Iosua igitur uir ex Ephraeorū tribu fortiss. & in sa-
ludem electorū Dei maximus, Armipotentiū, præter 23000.
5. Delbora Barach 20. Leuitas, 40. annis in deserto genitorū 601730. manu, Iordanē
6. Gedeon. 20. 2720. sicco pede transgressus, Sole diē prorogante, Regibus xxxi.
excisis, à Deo cum promissam, tum à se captam Cananeorum
7. Abimelech. 2. terram, tribubus in colonias distribuit. Eo proinde, anno eta-
tis 110. magna cum laude defuncto, Tribus Iuda, Simeone af-
cito, Pon. Phinea. occisis Cananeorum & Pherefeorū 10000.
8. Thola. 22. Hierosolimam igne, ferroq; deuastauit. Dumq; Adonibe-
zech Regi, extremorum artuum fastigia truncarentur cap-
to, crudelitatis ille suæ sibi conscius similis, exclamauit, lxx.
9. Iayr. 22. Reges amputatis manuum, pedumq; fastigijs, sub mensa mea
ciborū reliquias colligebant, Sicut egi, ita repēdit mihi Dñs.
10. Iepte. 6. Hoc loco Ioses reponit hystoriā sceleris tribuū Dan, & Beni-
amin sub interregno cōmissi. Quo ex illa 600. uiri, rapto cum
11. Elebon. 7. sacrificulo Michæ Idolo, Laidem urbem, dolo captam, no-
mine patriarchæ sui Dan habitarunt. Hæc uero propter Læ-
uitæ concubinam fede stupro necatam, à cæteris tribubus in
12. Labdon. 8. sceleris ultionem iussu Dei concitatis 40000. suorum bina ce-
de fusis, tertia pugna, ad 600. profugos, eosdem, tum & à con-
13. Samson. 20. 2809. nubijs eorum abiuratos, cū uicis, & oppidis extincta, sed per
missio tandem nubilium puellarū raptu fuit reparata. Hinc
14. Heli. 20. clamante ad Dominum peccatore populo suscitauit ei Deus
Othonielem fratrem, & generum Caleph tribus Iudæ prin-
cipem. Qui Mesopotamiæ rege deuicto, Israhelē Idololatria
cōtaminatum, ab 8. annorū seruitute liberauit. Eundē Moab
15. Samuel. 20. rege dolo, tū 10000. cæsis, pace in annos 80. statuta, à 18. annorū
iugo redemit ambidexter Beniamites Aioth. Inde fortis San-
gar pro Israhelē pugnans, 600. Philisteos uomere peremit.
SAVL REX. 26. Mox Delbora cum Barachæ filio Abinoes de tribu Nephta
limprto

Hierosolyma
capta.

Beniamitarū
scelus.

Sangaris for-
titudo.

- Iabel.** Iam propheta & iudex, ingenti Cananeorū exercitu profligato, duceq; tū Syfara à Iahelle Aber Cinei uxore truncato, 20. annorū oppresso, supplicante, Gedeon idem Hyeroboal ex infima Manasse familia uir, ab Angelo roridi uelleris ostento, prouocatus, Baal euerso, cum delectis 300. uiris Madianitarū, 120000. prostrauit. Soccotharum seniores tribulis, spinisq; contriuit, & Phanuel diruit. Ex ea præda in auribus uidelicet 1700. siclis aestimatis, donatus, Ephod domus suæ ruinam conflauit. Pacem deinceps toto uitæ suæ tempore uictor obtinuit. Principatum tum ei, posterisq; suis oblatum, eum nec sibi, nec filiis, sed Domino deberi testatus est. Eo uero defuncto, suus ex concubina genitus filius Abimelech arrepta tyrannide, 70. legitimos fratres, uno minimo Ioathan saluo, necauit. Hinc iuxta dignā Ioathā imprecationem, Sychemitis conscijs, ab se ferro, & igni afflictis, fraticidij, uiolentæq; tyrannidis pœnas, à fœmina prostratus dedit. Post Tholam ex Isachar. Et Iayrum Galaaditē, 30. filiorum principatu memorandū, populus in mala pronus, crimina ueteribus adjiciens noua, Philistinorum seruitutem annos incidit 18. Tum ueniam precatus, liberatorem meruit Iepte Galaaditem ex adultera natum, & à fratribus domo eiectū, uirum fortissimū, qui ad ducatū rogatus, accepto spiritu Dei, una die xx. Amanitarū ciuitates ingenti cæde uastauit. Vnde uictor unigenitam filiam, post bimestrem uirginitatis luctum, ex uoto sacrificauit. Rebelliū Effrateorum 42000. cecidit. Hinc post Elebonem Iudæum, & Labdonem Effrateum, numerosa, fœliciq; prole memorandos. Iterum scelera tæ, seruq; genti datus est liberator ex tribu Dā, Angelico prænuntio, & uterina sanctificatione Nazareus clariss. atq; fortissimus, Israhelis Hercules, Samson. Qui inter alia multa præclara facinora, ruptis ferreis compedibus, pulli asini maxilla Philisteos 1000. ceteris fugatis, contriuit. Tum sitiens, ex eiusdem malæ dente molari fontem impetrauit. Aeneas Gazæ portas asportauit. Annorum 40. seruitutem, atq; tributa suæ genti sustulit uictor. Postremum à Leone, ab hoste inuictus, Dalila meretricis suæ dolouictus, & robur & oculos amisit. Robore autem recuperato, dum in derisum Philistinorū principibus è carcere in Phanum ductus esset, oculorum ultionem precatus, cum Phanum, tum sese cum 3000. prostrauit. Hinc Heli primo ex Ithamar cum Pontificatu, ducatum gerente, quod Is filiis suis sacerdotibus, etiam monitus, licentiæ nimium indulgeret, neq; correctionem adhiberet. Filijs cū 30000. populi fusis, Arca dei capta est. Quo nuntio terrefactus Pater ille, subito casu fracta ceruice 98. annorum senex, cum abortiente Nuru expirauit. Victores autem Philistæi septem iam mensibus horrendis atq; pudendis afflictis calamitatibus, Arcā dei miris donis, spontinoq; fœtarum uacarū ductu reddidere. Quam, cum indigne, utpote, sine sacerdotū ministerio, Bethsamites attrectassent, de senioribus 70. & de plebe 50000. sunt à domino morte confecta. Sub defuncto Heli sacris institutus fidelis Samuel Effrateus propheta diuinitus Annæ sterili natus, ac Deo dedicatus. Principatum adeptus, Israhelē ad pium cultum reductum, à Palestinis ope diuina superatis, diffeminauit, atque pacauit. Dum uero grauatus ætate gerendis rebus impar uideretur, sui item filij à paterna uirtute degenerarent, factiosus populus legitimi, pacificiq; principatus impatiens, renitēte propheta, in suum excidium, gentium more, Regem exegit, ei à Samuele iussu Dei hoc præscripto iure permissum. Tolle inquam Rex imperaturus, ad agros suorum, militiæq; labores filios uestros, ad delitias suarum paramēta filias uestras. Seruis suis, & eunuchis optima uinearum uestRARUM, oliuetorum & agrorum, fructum item decimas expendet, in opus suum seruos uestros, ancillas & iumenta coget, addecimabit quoq; Greges uestros, Eritis & uos ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis electi, & non exaudiet uos dominus in illa die, quia regem uobis petistis.

Monar-

MONARCHIAE I. BAAYLO- nica, Regnorumq; successus, ex Beroso.

ANNI AB
A.Q. VIS.
131. 1787.


BABYLONIAE IMPE-
ratores, & anni.



1. Nymbrotus.
56. 1823.
2. Belus.
62. 1905.



3. Ninus.
52.
2. Semiramis.
22.
5. Zameis Ninus
38. 2037.



Ymroth, seu Nymbrotus, Babylonicus Saturnus, filius Chus, filij Chamelis deorum iunioris, filij Nonfamen. Robustus coram Domino uenator, accepta cum 8. filijs, ut ait Iofes, à Gaza ad Aegy- Nymbroth re-
ptum terra, in Mesopotamiæ campo Sennar an- guum.

no ab aquis 131. Regiam Tetrapolim Arat, quæ Edeffa, Al cath, quæ Nysibis. Calannæ, quæ Seleucia, seu Cthesiphon. & Babel, turri, propter inflictam à Deo linguarum, à qua & no men habet, confusionem, incompleta fundauit. Quam suus deinde ex Belo filio nepos Assyrius idem Hercules. Ninus Iupiter, in Asianæ Monarchiæ caput euexit tum, cū primus Aureum sæcu-
lum.



omnium ipse, aureum 249. annorum Sa turni sæculum in ferreum mutauit, uio lato gentium iure, quo intra suam cuiq; patriam regna finita, per Reges, quorū arbitrium pro legibus erat, non ambitio- ne, sed uirtute delectos, tueri magis, quā prolatari solebant, noua imperij cu- piditate finitimos primum armorum ru- des adgressus populos, tum, uictoria ui- ctoriam pariente, Reges debellauit. Far num Medorum regem cum uxore, filijs q; septem crucifixit. Sabatium Saturnū, è Scythia in Italiam fugauit. Atq; Barzanem Sabatij filium. Bactriorum regem, regno capto, peremit. Gentibus tum omnibus inter Tanaim, & Nilum positis, subactis, Monar- chicum statuit imperium. Nynam regiam, Assyrium quoq; Nyn-
regnum suo nomine condidit, & primus Belo Ioui, Iunoniq; parentibus, & auis statuas, ac templa dedicauit. Generis, an- norumq; hoc inscripto epithaphio. Est mihi pater Iupiter Be-
lus.

CATALOGVS ANNORVM

BABYLONIAE RE- ges & anni.

Generis anno
rumq; descri-
ptio.

Idololatriæ
initia.

Semiramis o-
pera.



6. Arius.

30.

7. Aralius.

20.

2107.

8. Xerxes Baleus.

30.

Treueris

9. Armatrites.

38.

Babylone m
pliuo.

Roma.

Ius. Auus Saturnus Babylonicus. Proauus Chur Saturnus Aethyops. Abauus Saturnus Aegyptius. Attauus Coelus. Phœnix, Ogyges, AB OGYGE AD MEVM AVVM SOL ORBEM SVVM CIRCVM LVSTRAVIT SEMEL, AC TRITIES, AC CENTIES. AB AVO AD PATREM SEXIES, & QVIMQVAGESIES. A PATRE AD ME BIS ET SEXAGESIES. Hic primum, ferro quæsitum ius. Dominandi, feruendique na- ta conditio, Idololatriæ, sacrilegique ritus orta prophani- tas est. Nyno autem defuncto, Semiramis Ascalonita illi- us relicta uidua cum aliquandiu filium ementita, tum pu- er credita, ita sexus rerum gestarum amplitudine uindicauit contemptum, ut nulli etiam uirorum suam uel uituperij tur- pitudine, uel laudis honestate cederet, quæsitos à marito re- gni fines tueri non contenta, Aethyopiam, & Aegyptum ad- iecit, tum uirtute non uerbis certatura incredibili exercitu, Ethesia numerante, peditū scilicet 300000. Equitū 50000. Curruum 100000, Camelorum fessores, quatuor cubitorum gladios tenentes 100000. & Nauium classem 20000, contra Staurobotem Regem in Indiam prima ferrum, & ignem pro- uexit. Ectathanam Medorum Regiam condidit. Babylo- niam mirum auxit, atq; muniuit. Pulso autem priuigno Tre- beta, Trebitorum in Belgis authore, ob petiitum à filio con- cubitum, ab eo est interfecta. Hic tum, præter unum iuniorē Baleum, cui uictori Indi sua, seq; dedidere, & successores par- ti regni, sceminarumq; delitijs, ocioq; contenti, paulatim cū sua suis amittendi, tum & alienis aliena quærendi causam præ- buere. Ita fit perpetuo, ut quæ uigil prudentia, atq; strenuus labor compararunt, ea torpens inertia, & ignauum oci- umi redamittat. Fuit autē Babylonia Semiramidis opere, præter palustrem locum, cin- cta muro in quadrum ambitum stadiorum 480. cubitorum alto, 200. & 50. spisso, ædificijs duplici serie mœniorum uice superstructis, turrium 300. & portarum 100. Superbum, Her- cle, hoc humane temeritatis opus. Opus inquam, quod multo plus cruoris quam cemen- ti hausit, multoq; plures hoies, quam lapides cōtriiuit, uniuerso exitiosum orienti. Sed pa- rum hoc, inspecta Roma, quæ simul illud omne, cum eo, quod in orbe reliquum illi fue- rat, deuorauit. Horum auarissimorum operū, uel à solo, quod eis hodie super est, nomine, gloria, uel hodie, humano cruore queritur pascitur, atq; seruatur.

REGNORVM ANNALES.

Nno Beli 31. Sytioniorum regnum in Achaia ab Aegyleo in Aegylea ab eo & postea ab Argiuorum Rege Pelope Peloponessus adpellata, ceptum, ultra 600. annos in Argiuorum regnum desisse notat Eusebius. Sub Nino Thebeo rum dynastiam. 190. annos in Aegypto regnasse scribit idem. Argiuorum Regnum ab Inacho anno Bal. xerxis primo fundatum, post 660. annos in Mycenae est translatum. An- no Armatritis primo. Pastorū, ab Israhelis forsan pastoribus, sub ea Aegyptū ingressis, ad- pellata, dynastia 103. annis Aegyptum tenuit. Eiusdem 21. Argiuis leges dedit eorundem Rex Phoroneus priscus. Sub id temporis Hispanis præfuit Betus. Vnde Betica nomen, & post

10. Belochus prif. 35. 2210. & post hunc Deabus sub Belochō. Ofyris Macedonem filiū,
 11. Baleus iunior. 52. Aemathijs regem dedit. Italię, cui extinctis Tyrannis, annos
 12. Altadas. 32. 10 preſuerat, Apemning ab Api, nomē reliquit. Sub Baleo iu
 13. Mamitus. 30. 2322. niore Sueuus & Celte Reges ſuis regnis ſua nomina indide
 14. Manchaleus. 30. re. Eiuſdem anno 31. Polytanorum Aegypti dinaſtiā cepta
 15. Spherus. 20. 438. durauit annos.



Annō
 Mancalei
 12. Italus.
 Hespero
 fratre Cel
 tiberorū
 rege ſub
 ſeſto, Sy
 coro filio
 pulſo, Ita
 liā a ſe no
 minatam,
 rexit. Caſ

Roma.
 Coudit.

16. Mamelus. 30. 2202.
 17. Sparetus. 20.
 18. Aſcatides. 20.
 19. Amyntes. 25. 2529.
 penam ad Auentinum collē ſtruxit. Ianigenis Morgetem fili
 um Coritum. A boriginibus autem filiam ſuam Romam ſub
 Regulam ſtatuuit, Quæ mox anno prænumerato ſui nominis
 oppidum in Pallatino colle fundauit, anno à condita Babylo
 nia 549. à Comero 539. ab aquis 680. ante Troiam conditam.
 148. ab ea Urbī, Populo & Romulo nomen extat.




Annō Mamelij 9. Belgij Celtas re
 gens, Belgarum principatum edidit.
 Eiuſdem 10. Cecrops priſcus in Attica
 Regnum, & hinc 21. Athenas condidit
 Poſt 500. circiter annos ad Magiſtratus
 delatum. Hinc ad Democratiam. Anno
 Spareti 20. Iſis de Iſij nuptijs ex Italia
 in Aegyptum reuerſa eſt.

Athene con
 dita.

Annō Aſcatidis 8. Moſes cum Iſra
 hele Aegyptum eſt egreſſus. Luſus Cel
 tiberos, & Allobrox Celtas regnantes,
 ſuorum nominū populos reliquere. An

no eiufdē 36. Aegyptus, Danao
 fratre expulſo, Aegyptio nomen
 dedit. Anno eiufdē ultimo Dar
 danus ex Italia in Samothratiā
 profugus, Troiam cum illuſtri
 regno per reges 6. annos 297. cō
 ſeruata, fundauit. Quæ anno
 Tautanis 24. incerto, ut ait Di
 on, authore deſolata, multas gē
 tes, & uiris & opibus ditauit. E
 andem ab Hectoris filijs reſtaur
 b 4 ratam.



Troia fundata

CATALOGVS ANNORVM.

BABYLONIAE IMPERATORES & ANNI.

20. Belochus 25.
21. Bellepares. 30.
22. Lamprides. 32. 2616.
Minos Rex. 23. Solares. 20.
Paris. 22. Lampares. 30.
Cadmos literarum Graecarum inventor 25. Pannias. 25. 2711.
26. Sofarmus. 19.
27. Mytreus. 27.
28. Tautanius. 32.
29. Tenteus. 20. 2829.
30. Tyneus. 30.
31. Dercilus. 20.
32. Eupales. 38. 2837.
Troid. desijt. 33. Laostenes. 25.
32. Pyrithidias. 30.
35. Offrateus. 50.
Latinorum, Albanorum, Syliorum reges. 36. Ascaracapes. 22. 3122.
37. Tonos concoleros 15.

Patavi conditum.

ratam, Fimbria Ro. quaestor, euerit non impune, eo à Syl la in suimet necem adacto, qui eam uti Romanis agnatā, ire- rum restituit. Obtinuit hæc urbium uel maxime sola, hanc felicitatem euerfa, ut multi potentes principes. Gentes, & urbes, suam nobilitatem, latēte uetustate, honestaturi, quam & si a profugo fratricida sit orta, genus suum in eam refe- rant. Sub Amyntis imperio Ianigenas rexit Thurrenus, Cy bele in Phrygiam profecta. Sub Belochio iuniore Asterij Cre tensis regis, ex Europa rapta filij, Minos Cretam, Radaman- tus & Sarpedon Lytios sanctis legibus rexere. Eiusdem im- perij anno 21. Paris Celtarum rex Parrisiorum urbem condi- dit. Anno Bellepa. 24. Cadmus, Phoenicis frater, Agenoris Aegyptij filius, cum fratre Sydonem, Syriamq; gubernauit. Hinc Lampri. 1. in Boetiā profectus, Thebe fundata, linguā Græcam & literas Phoenicibus atq; Galathis similes, a Pe- lasgis primum susceptas, rudi tunc Græciæ primus intulit. Quas sub Sofare, Thebas regens, Amphion auxit. Eodem tē pore Mars Ianus iunior, & post hunc Saturnus iunior Abori- ginibus prestare, Sub Lāpri, Imperatorum dinastia Aegy- ptum annos 144. tenuit. Et Celtas rexit Lemannus, a quo nō Alemaniis, qbus ab eius nominis suo rege nomē est, sed Lau- fanensi laco uox indita. Anno Pannia 2. Orpheus Trax Musi- ces præconia tulit & lyra. Eiusdem anno 10. Celtarum rex iu- nior Galathes, per deuictos Sarmatas, Asiam inuasit. Gala- thas, ac tū ex hijs, & Græcis, Gallogræcos peperit. Anno So- farmi 3. natus est Amphitrionis Hercules, idē Heraclius Al- ceus omnium fermē primus & maximus pyrata, qui anno ui- tæ 52. furia percitus, igni morbum cum uita combussit. Qua calamitate mota coniunx sua Deyanira laqueo se suspendit. Huic Herculi, a quo nec Troiam sub Laomedontis regno ca- ptam esse credibile est, recentiores Græci, atq; solent omnia nobilia sibi, ita præclara Lybii Herculis, nec non Hebraei Sa- sonis gesta admentuntur. Sub Tautane. Diapolitana Dina- stia cepta, annos 178. tenuit Aegyptum. Sub eodē Troia de- sijt regnum. Anno Tentei 1. Francus Hectoris filius a Cel- tis in regem assumptus, eisdem suum reliquisse nomen cre- di potest, quod in altero Francogallorum regno receptum, hætenus manet. Ab excisa Troia per annos 428. Ad Romu- lum, Latinorum, Albanorum, Syliorumq; idem regnū, ab Aenea Troiano, ducta in uxorem uicti Latini regis filia, ca- ptum, hos tenuit reges. Aeneam Lauinij in agro Laurenti coniugis suæ nomine, & Ascaniū, Albæ regis, cōditores. Syl- uium Posthumum. Aeneam Syl. Latinum iuniorem. Albā Atum Aegyptum, Capim. Capetum, Tyberinum, Agrippā Remulum, Auentinum Procam, Amulium a Romulo per- emptum. Eadem tempestate Antenor, & idem nobilis Troia- nus, comitibus Henetis ex Paphlagonia secum in Italiā pro- fectis, Pataviū urbem condidisse, hū uero positus inter Al- pes, &

pes, & Adriam sedibus, Henetorum populo, Venetiarumq; urbi nomen peperisse ferunt *venetia condita.* At origo huius vetustior à Veneto Phaetōtis filio putatur. Anno Dercili 4. Eristeus *oita.* Lacedaemoniorum, & Athletes Corinthiorum regna coepere. Eodem imperante Amazones, quae sub Tautana Epheso capta, spectatum toti Asiae templum Dianae combusserant, cum Cymmerijs Asiam inuafere.



Anno Eupali 16. Aphricae caput Carthago à Tyrīs fertur esse condita. Sed Menandro Tyrīorum Chronice textore, año Ascarazapis. Pygmalionis Tyrīorū regis. 7. à Didone Pygmalionis sorore Arx Byrsa, tū inde ciuitas extructa est. Quae Lybia subacta, magnā maris obtinuit portionem, huius quoq; occupauit Sardiniam, Sycliam, & ceteras Insulas. In Hyberiam captam, colonias posuit. Qua principatum contraxit, Gracis potentia nō imparem, opulentiāq; Perlarum regno comparandum, quem post 700. annos cum Romanis conferens, amisit, funditus igne, ferroq; euerfa, hinc uero ab Octauio Cæs. restituta.

HEBREORVM REGNVM. EX SACRA HISTO.

Aulo igitur humilis generis, eminentis uero corporis Beniamita, ab asinis ad *Saul rex.* regiā maiestatem euecto, dū is Samueli recta monēti pareret, Ammonitas, & Palestinos, agricolā armis, 60000. caelis, uicit. Hinc aut elatus, pphetā negligēs, Phytones cōsulens, sacerdotes occidens, ac Deū contemnens, Amalechitarū male uictor, cū à deo, tum ab hominibus desertus, Dauide cōsecrato, à Palestinis cum tota domo sua uictus, suapteq; tum manu cōfossus, hostibus ludibrio fuit.

AETAS MVNDI V. REGNVM IVDA.



IVDA REGES, ET AN
w, Ex 70. & Philone.

1. DAVID.

20.

2929. nas, conuictia, famem, pestem, hostilem, ciuilemque gladium, ac fidelis

Nno Dercili 31. à Mose *Genus David*

a 436. ab Abraham 941. ab
aquis 1233. ab Adam 2889.

David hac propagine è ludæ tribu natus. Iudas, Phares, Esrom, Ram, Aminadab, Naason, Salmon, Boos, Obeth, Iesse, David, ex opilione, Deo nō genus, & faciem, sed uirtutē & cor aspiciente, in Regē & Prophetam cōsecratus, in signe totius & regiā maiestatis, & poenitentis humilitatis exemplum praeiuit. Nam expugnato hactenus inuicto Iebuseo, regiā sedem, constructa Syon arce, in Hierosolymam, ab se auctā, posuit. Regnum ab hostibus fundata, ferroq; strenuissē uindicatum, reformata religione, in timore Dei continuū. Tum simul atq; transgressionis suae poenitentia, ac

CATALOGVS ANNORVM

IVDA REHES ET
anni.

2. Salomon.

20.

3. Roboam.

17.

4. Abias.

3.

5. Afa.

21.

6. Iosaphat.

25.

7. Ioram.

8.

8. Ochozias.

1.

Athalia.

7.

9. Ios.

20.

10. Amazias.

29.

11. Azarias.

52.

12. Ioathan.

16.

13. Achaz.

16.

14. Ezechias.

29.

15. Manasses.

55.

16. Amon.

12.

17. Iosias.

31.

18. Ioachaz.

3.

19. Ioachim.

11.

Initium regni
Ishrahel.

Hierosolyma
capta.

Samaria con-
dita.

fidelis, humilisq; Dei seruus, patientissime tulit. Postremum
ab ædificanda domo Dei per Vatem, ob cruentas manus su-
as, repulsus, ingens hoc, & sanctum opus unà cum regno
Solomoni filio reliquit, gloriose defunctus. Qui mox hinc,
regni totius pace firmata, Regum ipse omnium diuitijs, sapi-
entia, gloriaq; splendidissimus. Conductis 153600. operarijs in
monte Moria preciosissimum Deo templum, anno regni 4.
ceptum, undecimo perfecit. Inde quoq; regia domo impensil-
sime completa, magnificati ab se regni tranquillitate laxatus,
innumerarumq; scæminarum consortio cum deprauatus, tum
stultus, Idololatriam, proindeq; dignam Dei indignationem
incidit. Quæ tum primum, ultore Deo, graui è mœstitia pa-
tri est adpositus, quum iam grandæuus ab aduersarijs uexa-
tus, decem regni sui partes Hyeroboamo profugo seruo suo,
Abhie Vatis inditio, cessuras, agnouit. Eo itaq; sepulto, à filio
suo Roboam rudi, pauidoq; rege, Quod neglecto seniorum con-
silio, ad inconsultam iuniorum persuasionem elatus, iugum sup-
plici populo comminaretur asperius, decem tribus Regnum
Ishrahel cõstituentes, ad Hyeroboamum Ephrateum uirum ui-
ribus, ingenioq; pollentem defecere. Sed & Sefacus Aegypti
rex, dum Roboam relicto Domino, patrizans scæminis in-
dulget, Hierosolyma capta, templum, domumq; regiam spoliavit
año regni quinto. Huic è liberis 88. supstitibus, successit Abis-
as, patre fortior quidem, sed peccando similis, Hyeroboamum
Idololatram superbum 50000. Ishrahelitarum cæsis, humiliavit
adeo, ut subinde Ishrahelis reges penè omnes, à domino ius è,
quem dereliquerunt, relictis, mutuis sese cædibus, usq; ad reg-
ni perditionem extirparint. Hinc Afa patre melior, sincero
corde ei, qui sibi fidentibus robur præbet adhærens Deo, pa-
ce fretus, abstulit prophana. Zaram quoq; Aethyopum regem
1000000. militibus, & curribus 300. armatum superauit. Inde, &
proximo tempore regia Samaria ab Amri Ishrahelis rege con-
dita est, ad humanam conuersus opem, & bellis, & morbis est
ægre superatus. Iosaphat autem rex, operum magnitudine Da-
uidi similis, diues, iustus, & inclytus, uniuersum regnum, con-
stitutis ad sacram legem iudicibus, atq; prædicatoribus, ad pi-
um cultum reducere studuit. Domino confidens, hostibus se-
semet fundentibus, uictor, ditia Moabitarum spolia in benedi-
ctionis ualle collegit. Sed, quo uno peccauit, impiorum Ishra-
hel regum sotiètatè factus est infortunatior. Identidem & Io-
ram ex pio patre impius, & infelicior filius, qui fratribus su-
is, & aliquot Principibus interfectis, Nathanicam progeniẽ
extinguere conatus, relictoq; domino, coniugis Idola colens,
à Philisteis, unico minimo Ochozia saluo, tota eius excisa do-
mo, uictus, tũ longo uiscerũ egestu mortuus, ignominia nota-
tus, regia caruit sepultura. Ochozia tum matris impulsu pa-
trizante, à Iehuh Ishrahel rege, qui, Heliseo prophetante, ad
prophetarum, & Naboth ultionẽ, uniuersam domum Ishrahel
regis

IVD

20.

21.

DI



uit, fo-
tificis
mino
regum
Ishrah
ne ca
dolo
cris, t
optim
sis sen
pacer
mini
obfid
sui, à
tani,
bere
mori
xio c
cupe
etiam
cum
tirpa
one p

IVDAE REGES ET DESO
lationis anni.

10. Ioachim:
mens. 3.

11. Sedechias.

11.

*

* *

DESOLATIO.

70.

3223.

regis Achab, Isebel regina à canibus dilacerata, atq; Baal cū sacerdotibus suis evertit, cum fratribus interempto. Athalia regis mater, & Achab filia, tyrannide correpta, quicquid Dauidicæ stirpis reliquum erat, auferre nixa, Salomonis genere iam nunc, ut asserit Philo, omni deleta, unico per Isebel cognatam Ioiade Pon. uxorem, è Nathan stirpe Iosafate seruato. Quo tum anno ætatis septimo rege consecrato, illa templo per tumultum eiecta, gladio fuit discerpta. Huc usq; authore Philone, stirps Nathan, Achazar, id est, Principis frater, & Mathathim, id est, ad succedendum donata, dicta est. Inde qui deinceps è genere Dauid principatum gessere, trinomiū uel binomiū fuerunt. Igitur Iosafat Elyh Simeon, tutore Iosafat Pon. si-

mul, & optimo Principe, anno uitæ suæ 130. ad reges condito, à Deo auersus, Syrorum ultionem, quam languens euasce-
rat, à seruis Zachariæ Sacerdotis, Iosafat filij, impio eius iussu lapidati, in les-
cto necatus, & extra regum sepulchra
positus, recepit. Similiter Amazias à
domino ad Idola conuersus, tum à Iosafat
Israhel rege, templo, regiaq; Gaza dire-
pta, captus, suorum postremum coniura-
tione fuit occisus, subsecuto sedecim an-
norum filio Azaria seu Ozia. Qui dñs
Zacharia uidente, Dominum quæsi-

Zachariae sa-
cerdotis exis-
tium.



uit, fortuna, uictoriaq; clarus, urbem, regnumq; reparauit, & auxit. Inde uero contra Pon-
tificis monita superbiens, lepra, illegitimi sacrificij poena, cōtabuit. Vtq; deinde cū Do-
mino in uictus Iothan regnum tenuit inuictum. Sic aduersus Dominum inuictus Achas
regum ex bono patre omnium facile pessimus, præter cladem à Syris acceptam, à Facæa
Israhel Rege, 120000. de Iuda cæsis, innumero mulierum, puerorum, prædæq; multitudine
capta, iuste adflatus, Assyriorum inuiti præsidio, tributo sponte penso, uindicatus, I-
dololatra factus, in tempore uel angustia suæ aucto in dominū contemptu, legitimis sa-
cris, temploq; interdixit. Quæ omnia iuxta sacræ legis institutum, ex pessimo patre filius
optimus, Rex diues, & inclytus Ezechias restituit. Idola, & Aras abstulit. Aeneum Mo-
sis serpentē, ne coleretur contriuit. Palestinis uictis, à Senacharibo Rege obsessus, auro
pacem emit, hinc non impune uiolatam, quando eo, & Esaia suplicantibus, per angelū do-
mini, Assyriorum 185000. nocte cæsis, Rege cum fugato, tum & in templo à filiis occiso,
obsidio fuit soluta. Eius año 6. Regnū Israhelis cū Osea Rege, qd nō audiuit uocē dñi Dei
sui, à Sarmanasar Imperatore in Assyrios est tralatū. Vbi in captā Samariā impositi Samari-
tani, Iudæis deinceps in prosperis amici, sed in aduersis aduersi, quietē à Leonū insultu ha-
bere nō prius potuerūt, quā Hebræos sacerdotes recepissent. Hinc mira unius generis &
morum uicissitudine Manasses 12. annorum Rex degener, magos, & Idola coluit, inno-
xio cruore pollutus, exacta Babylonico in carcere poenitentia, & Dominū & regnum re-
cuperauit. Amon patre, cuius uices annos x. gesserat deterior, Dominum contemnens,
etiam à seruis est contemptus, & occisus. Rursum Iosias 8. annorū Rex optimus, recta uia
cum domino, tū prophetis adquiescens, secure, prospereq; uixit. Prophanis omnibus ex-
tirpatis, sacra restituit, ac Pascha omnium splendidissimū celebrauit. Tum diuina moniti-
one posthabita, contra Aegyptios prælians, teli ictu, maximo cum populi sui luctu, luctū

Facæas rex is-
rahelis.

Regnum Isra-
hel extinctum

Hycremia

CATALOGVS ANNORVM

Hieremias canente, expirauit. Aegyptij uero Rege Nechaone Syriam tenentes, Hierosolyma capta, gente mulctata, impioq; rege Ioachas ablato, sub tributo fratrem subfecerunt Eliakim qui Ioakim. Qui, dum combustus Hieremiae uaticinijs, Dominum, & Assyrios contempsisset, cum uasis domini in Babyloniam ductus, & illic occisus, extra murum est abiectus. Relicto 8. annorum filio rege Elyh Neri Ioakim seu Iechonia. Is Assyrijs uexantibus, ne quid ei grauius accideret, sponte cum tota domo sua, cum 10000. captiuis, senioribus atq; principibus, cum uniuerfa templi, & urbis gaza in Babyloniam transmigravit, acceptam contra fidem carceri mancipatus, spontanea transmigrationis suae anno 37. Deo Dauidis prolem seruare uolente, ab Euilmerodach Rege liberatus, atq; reuerenter habitus, Salathiel genuit Zorobabelis patrem. Successerat illi patruus tributis obnoxius Rex Sedechias, ob cuius tum & in Deum, & in hoies arrogantiam perfidiamq; ciuitas sancta, cum templo sanctissimo 18. obsidionis mense, pestis, fame, ferro & igne miserabiliter est euersa. Rex ipse in Reblatha, cum Sarraia primo sacerdote, Principibus. 60. regis agnatis, & liberis coram tructatis, oculis orbat, atq; tum Babilonij uinculis consumptus, Gens uniuerfa, nullo sexus uel aetatis discrimine, uel caesa, uel in seruitutem cum Iosedech Pontif. redacta, Iudaeq; regnum iam nunc omne, propter obstinatam aduersus Deum, nuncios, & prophetas Dei, Regis Sacerdotum, populiq; totius praeruaricationem, in Babyloniam a Nabugodonosore anno regni sui 19. traductum est, anno a Dauid 484. a templo condito 440.



Regnum Iudae cum Hierosolyma excisum.

CATALOGVS REGNI ISRAHEL.



1 Hieroboam.

2. Nadab.

3. Baasa.

4. Hela.

5. Zambri.
mens. 7.

6. Amri.

7. Achab.

8. Ochozias.

9. Ioram.

10. Hyehuh.

11. Ioachas.

12. Ioas.

13. Hieroboam.

12. Zacharias.

15. Sellum.

16. Mananehem.

17. Phaccia.

18. Phaceæ.

19. Oseæ.

Summa regni Israhel a
Roboam ad sextum
Ezechiae.
Anni 261.

BABY.

BABYLONIAE CHALDEORVM ALIO-

rumq; regnorum successus, Ex Euseb.



CHALDEORVM BABY-
lonia reges, & Anni. Ex
Metastene Persa.

1. Phulbelochus.

28

2. Phulafar.

25.

3. Salmanafar.

18.

4. Sennacharib.

7.

5. Asaradon.

10.

6. Merodach.

51.

7. Benmerodach.

21.

8. Nabugdonosor

35.

9. Nabugd. Magnus

25.

10. Euilmerodach.

30.

11. Regafar

3.

12. Labafardach

6.

13. Baltasar.

5.

Nno à Nino 1234. à condita
Babylone 1352. ab aqs 1483.
Phulbelochus Babylonice
militie dux, et Arbaces Me-
dorum præfectus, indignū
rati, se huius imperio subiici, qui mul-
ere corruptior, foemina potius malit es-
se quam uir, de imperij diuisione pacti
Regem suum Tonosconclerum, quē
Græci uocant Sardanapalum, armis eo
compulere, ut quas impio prætulera-
delicias, una secum, hoc uidelicet solo

uirum imitatus, pyre incendio cōsumpserit. Qua hic Medorū,
atq; Persarum. Ille uero Babilonicum Chaldeorum, à fatidico
scilicet sacerdotio adpellatum, Regna sibi uendicarunt. Hu-
ius proinde reges, uel solo Iudæorum exitio clari, propter im-
perij diuisionē inter Monarchas non admittuntur. Porro Phul-
belochus Mananchem Israhelis regem tributo subdidit. Phul-
afar, Achas rege Iuda sponte sibi submisso, prouocāte, Faceā
Israhel regem, terra Neptalim multauit, Rasiq; Damasci re-
ge perempto, Damascenos in Cyrenē transtulit Salmanafar,
Osea Israhel rege capto, Israhelis regnum, ultore, diu tolleran-
te impietate, Deo, excidit. Reliqui Iudæ regnū tam diu affli-
xerunt, donec Nabugdonosor magnus, gestorum scilicet ma-
gnitudine Herculi comparatus, id omne, deuictis Syris, Aeg-
yptijs, Libijs, & Hyberis, impiorum flagello, deleuit. Hic
tum, contra Deum cœli superbiens, bestiarum, ferarumq; cō-
uictu humiliatus. Deo, cuius omnes, uia iudicia sunt, uera &
opera, quicq; superbientes humiliare potest, regnum cui uult
dat, & aufert, benedixit, & gloriam dedit.

Anno Phulbel 7. Granaus, Macedonia regnum restaura-
uit & eiusdem 42. Lydis, tesseraum, pilæ aliorumq; ludorum
caupone, institutoria, lanarum tinctura, retiorumq; textura
doctoribus, Ardifus fecit regnum, à Cyro, Creso ditissimo cap-
to, deletum. Eiusdem anno 46. Olympiades sunt repetita. Is
idem est annus uidelicet 46. Azariæ regis Iuda. Anno Mero-
dach, qui Manassem Iudæ regem castigauit. 34. Homer. Græ-
corū Poetarū princeps Iliadē, aīo ab Illo deuastato 500. finxit.
3229. Literas Græcas emēdauit & auxit. Tā sero cepere sape Græci.

Regnum Chal-
deorum Me-
dorum et Per-
sarum.

Regnum Isra-
helis & Iude-
orum deletū.

Homerus poe-
ta Græcorum

MEDORVM REGES, ET ANNI ET METASTANE.

1. Arbaces.	28.	5. Arbaces.	22.	9. Apanda	30.
2. Mandanes.	50.	6. Arceus.	40.	10. Darius	12.
3. Sofarmon.	30.	7. Artines.	22.	Cyrus	12.
4. Articarmin	50.	8. Astibar	20.	Facit 204. Annos.	

c Roma-

CATALOGVS ANNORVM
ROMANI REGNI SVCCESSVS EX LIVIO.

ROMANORVM REGES
et anni, ex Eusebio.



ROMANORVM REGES
et Anni, ex Eusebio.

1. Romulus.
2. Numa Pom.
3. Tul. Hof.
4. An. Mar.
5. Tar. Prif.
6. Ser. Tul.
7. Tar. Super.

220.

Insignia re
gia Ro.

Nno Phulafar 22. à Troia destructa 428. à Roma condita 873. à Comero primo Rege 1412. à primo Iani in Vaticanum receptu 1444. Romulus, cui ab urbe nomē, quam à Roma fundatam, & adpellatam, regiam in tetrapolim constituit. Ex Al-

banorum Regum genere natus uir ferox occiso fratre Remo, Tuscorum auxilio, Romanum regnum, se rege primo, condidit. Quo firmato & aucto, Quirini numine in Deos euanuit. Has inter alias statuit leges, nempe, Qui Romanus est, nullā sedentariam exerceat artem, sed militiæ tantum, & agriculturæ operam det. Mulier adultera, uel uinipota nece puniatur. Parentes ante nuptias, relegandi, uendendi, & occidendi liberos ius habeant. Romanum itaq; regnū iniuriā, uicq; cōditum, Iano belli, pacisq; indice dedicato, tū pacis studio primū clauso, religionis institutæ cultu, pie, iusteq; gubernandū, Sabinus Numa docuit Rex. Eidē pacato, ueteri Alba euerfa, ciuiūq; duplicato numero, Celiū addidit Tullus Hostilius ē Tugurio, & ex Bubulco, Rex Romulo ferocior, regno ultro donatus, primus regum purpuratus, fulmine cū domo periit. Hinc Ancus Marcius. Numæ tū genere, tum religione ex filia nepos, uictis Latinis, Auentinū & Ianiculū urbi coniunxit & Hostiam cōdidit. Cuius superstites Filij Regno fraudati, fraudatorē postea interemere. Tarquinū Priscū Corinthi pfugū. Qui primus id ambitione, & oratione obtentum, regijs Hetruscorum insignibus uidelicet Corona aurea. Sella eburnea. Sceptro habēte in cuspide aquilam, Tunica purpurea. xij. securibus et turibis, quibus etiā post exactos reges, præter coronam, & pictam

togā, primi magistratus usi sunt. Centurijs item, & patribus auxit uictor, ac urbem muro clausit. Cedibus igitur regno parari cœpto, idem sibi Tarquinus, à Tyrannide Superbus Tullij Seruij Tarquin. Prisc. generi, è Serua nati Regis optimi. Quirinalis, Viminalis, & Esquilinij auctoris. Soceri sui, socru, uxoreq; conuiuentibus, impia cæde quæsitum. Contemptis ordinibus, legibusq; dū id solus, armis stipatus, regere conaret, ut scelus scelere, proindeq; tyrannis libertate uindicaretur, is ob filij sui Tarq. Sexti incæstum, cum uniuersa domo ab aucta à se urbe est extrusus. Anno conditi regni 240.

GALLORVM SVCCESSVS EX LIVIO.

& Iustino.



g

Alli ferox & adeo inhumana gens, ut ad hominum perniciem inter arma, ferrumq; nata esse uideatur. Vniuersum prope terrarum orbem bello peruagata memoratur. Primum Panniæ sub imperio, Galathæ rege, Galathas in Asiam posuisse. Hinc sub annum

Nabugdon. M. circiter 5. & Tarquin. Prisc. Ro. Reg. 15. mittente sub augurio ex sorore nepotes Ambigato Celtarum rege, Sigouesius per Hercinium nemus Germaniam inuasit. Bellouesus autem superatis Iuliarum Alpium iugis, pulsoq; tum in


tum in Rhetias ab hoc dictas Alpes, Rheto Tuscorum principe, in Cisalpinam Tusciam à Gallis deinceps Cisalpinam Galliam nominatam, Mediolano in agro ab Heduis insubribus Gallorum gente maxima cognomine Insubrio condito, regnum statuit. Hunc secuti Boij inter Padum & Alpes, & hos secuti Senões Galli inter Vsentem, & Athesim flumina sedibus captis, Bergomum, Comum, Brixiam, Veronam, Tridentum, Vincentiam, atque nonnullas alias alpinas condiderunt urbes. Hij deinde conuenis Gallis aucti, Brenno duce, sub Arthaxerxis M. imperij anno 26. Clusinis expugnatis, fuisq; ad Alliam Romanis, Romam cæsis patribus, incenderunt. Dumq; Brennus Capitoline obsidionis 1000. auri

Mediolanum
conditum.



BRENNVS.

CAMILLVS.



pondo precium à Manlio Capitolij, hic in decus, & hinc in dedecus suum seruatore, iniquius exigeret. Camillus exul Dictator adueniens, non auro, ser ferro patriam redimendam proclamans, arreto auro, incendium Gallorum sanguine restinxit, ciuibuscq; ne Veios transmigrarent, persuasis, urbem intra annū reparauit. Alter ingratis patriæ Pater, adpellatus. Brennū hūc Sueuorū Senonū ducē, & Siguini Vifuntinorū regis generum, in occupata Gallia Senonam

Roma incēsa.

Vrbem Senonum Sueuorum nomine condidisse. Britanniam cepisse, Senones, Sueuos, & Gallos in Italiam duxisse, Romam incendisse. atq; memoratas subalpinas ciuitates ab se constructas, uel nouatas, eisdem habitandas tradidisse. Allobroges item, & Auenzam, quæ uelut altera Troia fuerit, Heluetiorum caput, tenuisse. Viterbiensis Gotfridus scribit. Hinc ab incensa urbe anno 108. Seleuci M. 40. alter Gallorū dux Brennus 50000. ped. & 15000. equitum, ex

exercitu in Asiam, ad alteram numerosam concessit sociorum portionem, quæ Belgio Duce per Illyrios, inuictas prima post Hercule alpes emensa, Pannoniam insedit. Hinc Macedoniam, Orientis paulo ante dominam, Ptholomeo Ceraunos per parricidium rege, pacem, hijs uenalem, emere contemnente, perempto uendicarat, à Sostene rege frustra retusa. Hij iuncti, mox omnem Græciam, Asiamq; terrore nominis sui territarunt adeo, ut licitam pacem, Reges ultro mercarentur. Vectigalia, stipendiaq; tribuerent, neq; sua posse, uel tueri uel recuperare sine gallico milite arbitrantur. Quo superbiens Brennus, nil Xerxis qui 40000. militum exitio, sacrilegium expiauerat, exemplum reueritus, Deos aggredi tentauit, Delphici templi captus opibus, sacrilegium excusauit, dictitans, Deos non indigere, sed locupletes ipsos indigentibus hominibus elargiri debere. Vi ergo numinis prostratus, se perfodit doloris impatiens. Itaq; Galli rege destituti, fulminib; grandine, fame, pesteq; accisi, rerum desperatione, peremptis uxoribus, & liberis, in Græciam, & Asiam dispersi, Antigono Macedonū, & Attalo Asia regib; parricidiorum poena data, rursus coacti, cum Nicomede Bithyniæ rege recuperatum regnum diuidentes, eorum Pars Grecis mixta, in detenta portione Gallogræcorum nomine usq; ad superatum Anti. M. per-

Ptholomei
Macedonum
regis exitus.

Brenni exitus

c a manit

Gallorum di-
uisio.

Gallogræco-
rum exitum.

mansit uniuersa formidabilis asia. Pars ad Sais, Danubijq; confluentem Scordiscorum ad-
pellatione refedit, à Liuiò Druso uicta. Pars Tectofagorum Tolosam patriâ reuerfa, gra-
santē in se pestilentiam, augurio docta, sacrilega præda Tolosensem in lacum demersa, sed a-
uit. Fuerat ea auripondo 1100000. & argenti 1500000. à Q. Cepione Ro. non impune, eo sci-
licet, cum toto exercitu à Gallis interfecto, extracta. Hæc uero pars iterum prædæ spe, Pā-
noniam, spoliatis Istris, & ultra Gallogræciam repetiuit. à Cn. Manlio, deuicto per Scipio-
nes Anthi. M. cui præsidia tulerat, è Mylio Olympo supra 40000. partim præcipitata, par-
tim caesa, partimq; exutis armis diuēdita, desijt tota. Victoria hæc maioris, quam ditissimi
imperatoris Anthioc. æstimata. Certarūt nempe Romani cū finitimis de principatu, cum
Carthaginensibus de imperio, sed cum Gallis de uita semper, donec intra Italiam à Mar-
cello recepti, extra uero à Mario, Fabioq; cruentiss. cedibus adflicti, atq; postremum decē-
nali bello in sua patria à Cæsare subacti, gens hæc, Romana dominatione, linguaque susce-
ptis, quietior, & humanior est effecta.

DVCATVS IYDA SVCCESSVS EX ES- rahim, Iosepho & Philone.

IYDA POST BABYL. CAP-
tini. Duces & Ami, Ex
Philone.

CaEtinitatis
Babyloniæ so-
lutio.



Holophernes
caesus.

Hester.

1. BARACHIAS
Zorobabel.
58. 3501.
2. Refa Mysciola
66.
3. Ioan. Ben. Refa,
53 3620.
4. Iudas Hyrcanus.
12.

Yerusalemorum Regno deleto, Gens & in De-
um & in homines, & impia & ingrata, tum benefi-
cijs, tum poenis uicissim, inuicta maximis. Pars in
Aegypto, sed maxima pars in Babylonia, 70. an-
nos dura captiuitate oppressa, remissionē Dei mi-
seratiōe, tum demum obtinuit. Vbi capta à Persis Babylonia
mox Darij, Cyriq; regum iussu, Barachias à ducato Zoroba-
bel adpellatus. Regis Ioakim ex filio Mezabele Salathiele
nepos, Babyloniæ anno ante solutionem 17. natns, tum gene-
ris tum ueritatis preconio dux Iudæorū factus 42460. uiro-
rum censu, Hierosolymā cū Hiesu maximo, optimoq; pōtifice, pa-
triam, ciuitatem, templum, patrias leges & sacra restitutus
concessit. Ab opere tamē aliquandiu, tum propter iniquas fi-
nitimorum uexationes & accusationes, tum quod Iudith He-
bræa uidua, truncato Holopherne duce, Bethuliam liberasset,
& Iudæi fugientem tunc exercitum ditiss. spolijs exuissent,
Asueri, cuius anno 13. gestum hoc erat, interdicto, est impedi-
tus. Sed & gens, licet intercessore Iesu, Darius Long. patris e-
dictum relaxasset, ac templum consummare mandasset, quietē
habere non potuit, donec Hester regina, Mardochei cognati
senis consilio, ei ipsi à marito Arthaxerse M. pacem, & libera-
tem impetrauit. Eius rei gratia Mardocheo, qui annos uixit,
198. hortante, Ioakim Pon. Iesu patris sui anno Pon 64. uitę ue-
ro 130. defuncti, successor, Hester & Phurim, sed prius Iudith,
& liberationis anniuersarium conscripta, statuit. Et Pon. in an-
nū Arthaxersis M. 12. gessit. Varia subinde sorte reparandarū
suarum rerum studio dedita, cum Persis ipsis in Alexandri
M. potestatem uenit.

Iudæo-

IVDAEORVM SVB GRAECORVM IMPE-

rio successus ex Iosepho.

IVDAE DVCES

¶ Anni.



5. Iosephus primus.
7.
6. Abner Semei.
11.
7. Elyh Mathathias.
12.
8. Asar Maath.
9.
9. Nagid Artaxat.
10.
10. Agai Helli.
8.
11. Maslot Naum.
7.
12. Amos Scyrach.
12. 3712.
13. Mathathias Siloa.
10.
14. Iosephus Arses.
60.
15. Ianneus Hyrcanus
16.

Alexander M. è Tyro cruce purgata, Hierusolymā profectus, Iudæis, Iosepho duce, & Iaddo Pontifice, cum populo obuiam progressis, dum se ei benigne submisissent, audito Danielis, Persarum imperium Græco uaticinantis, Vaticinio. Tum Pon-

Alexandri a
pud Iudeos
gesta.

tifice, temploq; donis magnifice honorato, septimi anni tributum relaxauit. Samariam tributo liberam adiecit. Thebaidis regionē custodiendam tradidit. Atq; tū præfecto dato, innoxie cessit. Sed ipsi paulo post occisi præfecti pœnas receperunt. Seleucus Nicator Iudæos in nouas ab se cōditas ciuitates translatos, pari cum Græcis honore, ciuilitateq; donauit, & Aegyptijs castris præfecit. Ptholomeus autem Lagi gregarij militis filius, & primus post Alexandrum M. ob uirtutem ex gregario milite rex Aegypti, capta per dolum Hierusolyma, magnū Iudeorum numerū in Aegyptum captiuū duxit, à Philadelpho Ptho, accepta p 72. Seniores diuina lege, muneribus donatum, atq; relaxatum. Philopator Ptho. Iudeam ex impro- uiso 60000. cede captam, Antiochō M. uictori reliquit. Epiphani Ptho. ob contractam affinitatem redditam. Sic Iudæa cum Syria, Aegyptiq; regum, tum intestinis agitata discordijs, recepto Machabeorum Principatu, libertatem uindixit.

Ptholomei do
lus.

Legis trans
latio.

MACHABEORVM SVCCES-

sus ex sacra historia, Philone, Iose.

Anneo Hyrcano Iudæorum Duce apud Pthol. Epiphanem gentis suæ negotijs implicito, fratres interea sui per ignauiam, & seditionem Principatum, similiter & sacerdotes per auaritiā, & ambitionem Pontificatum exitiose perturbauere. Onia namq; qui Heliodorum imperialem exactorē subitanea morte, diuinitus ob sacrilegiū percussus, uitæ restituit, legitime, sancteq; Pontificatū gerente, Simonis templi prepositi factio ne, Iasonis item, qui Hyefus, Nam arrogantis ad gentium placita nominibus se nominabant sacerdotes, fratris sui ambitio ne, tnm Menelai, qui Onias, Simonis proditoris fratre, scelere necato, Siquidem in leges sacras delinquere non cedit impu- ne, Lyfimacho subinde sacrilego Menelai fratre, tū proxime Iasone occisis, Menelao iterū leges, & urbē prodente, Hieroso- lyma ab Anthi. Epiphane, tunc Romanorū iussu per Popiliū ab Aegypti inuasionē repulso, capta est. Qua per tridui, sine ulla, uel sexus, uel ætatis miseratione 80000. hominum caesa, 40000. uincta, nec pauciora pecorum more diuendita sunt. Tē- plum 1800. auri talentis spoliatum, & Olympij Iouis statua

Sacerdotum
ambitio.

Hierusolyma
capta.

c i fœda-

CATALOGVS ANNORVM

ASMONAI PRINCEPES ET
Anni, Ex Phylone.

Mathathias
Asmonai.



1. Iudas. 5. 3803
2. Ianathas. 19.
3. Simon. 8.
2. Ioan. Hyrcan. Prif.

ASMONARVM REGNVM.

Nicanoris
cædes.



Simonis interitus.

1. Aristobulus Rex. 1.
2. Ianneus Alexander 27.
- Solomon Alexandr. 9.
3. Hyrcanus. 32. 3927.

Samaritæ
diruta.

REX IVDÆORVM.
HERODES.
31.

Summa annorum ab homine con-
dito ad Christum.
3958.

foedatum est. Hinc uero, quod omnium fuit grauissimum, re-
lictū ipso rege cruentiores lōge Philippus & Apollonius præ-
fecti, innumera hominū multitudine festo die trucidata, nec
non sacris prophanatis omnibus, item & legis diuinę libris de
creto combustis, & interdictis, ludæos horrendiss. cruentibus
à patrijs institutis ad omnem gentium impietatem cogeant.
Quas ob impietates, tum principum, tum sacerdotū delictis
illatas, Mathathias Asmonai sacerdos in uico Modin, de uice
Ioab Hierosolymitis, Dei zelo commotus, Apollonio præfes-
cto, cum sacrificante ludæo ad aras occiso, cum filijs & socijs in
Syluarum latebras se recepit. Vbi dum per Sabbatū inermes-
opprimerentur, mille scilicet uiris fumantibus globis in spe-
cu suffocatis, decreuit. In Sabbato repugnandum esse. Tum il-
lic moriens, filios adiurauit, ut priscorum exemplo leges, &
patriam uitæ proferrent. Iudas igitur cognomento Machabę
us paterno iussu cum feris, & loco & pabulo potius quam cū
legis desertoribus communicaturus, Corruptis de domo Da-
uid principatu, simul atq; Pontificatu, paucis in annis patriā
& ab hostibus, & à prauaricatoribus uindicaui, leges & sacra
restituit. Romanam impetrauit amicitiam, qua ludæi omniū
Orientalium primū libertatem, alieno dono, obtinuerunt. Tum
pro legibus, libertateq; à se quasita, pugnans, pugnando si-
mul & orando 35000. cæsis, Nicanoris Demetriani ducis ca-
put in Hierosolymorum arcem, minacemq; dextram contra
templum suspendit, & linguam blasphemam a uibus discerpsit.
Sic tandem uincendo uictus, honorem quē uitę prætulit
ingenti cum laude est adsecutus. Eundem hinc Ionathas stre-
nue conseruatum, & auctum, Hierosolyma restaurata, Ptholo-
mæum dolo cum 1000. militibus interfectus, Simonī fratri re-
liquit. Quo post magnifica gesta, pacemq; ab An. Sidete 300.
auri talentis ē Dauidis mausoleo prolatis emercatam, a ge-
nero suo Hyericonitis præfecto Ptholomeo in cōuiuiū per do-
lum occiso, Ioannes Hyrcanus priscus filius suus in sororium,
cuius manuum uix euaserat, matris magnanimæ, fratrumque
commiseratione uindictæ frustratus, Romano foedere reno-
uato, Ducatum cum Pontificatu, sic gessit, ut filio resumendi
regni uires magna ludæorum felicitate parauerit. Primus Iu-
deorum externo, mercenarioq; milite usus, Idumęis uictis, Iu-
deorum ritum præcepit. Samaritiam, ab Herode Sebaste nomi-
re restauratā, euertit. An. Cyriceno, ac duobus eiusdem duci-
bus profligatis, Gentem suam à Syrorum imperio liberauit.
Sub id tempus Ptholomeus Physcon ludæos Alexandrinos,
quod Onia duce Cleopatram uiduam reginam tuerentur,
60000. cedi superstitēs, cum uxoribus, & liberis elephantibus
pessundandos dum obiecit, tum auersæ bestię obiectos con-
triuere,

Macha

MACHABEORVM REGNI SVCCES-

sus, Ex sacra historia. Et Iosepho.

Nno à regni Desolatione 483. Aristobulus Hyrcani prisci filius Principatu in
 ito, Regium diadema resumpsit. Vir regno quidē utilis, Itureos circuncidit ui
 ctos. In matrem uero, & fratres regnandi cupidine, crudelis, crudeli morbo de-
 functus, Iañeo Alexandro è fratris carcere soluto se lōge crudeliori, adeoq; tru-
 ci, ut Trucida uocaretur, regnū dimisit. Quo ille suscepto, mox fratrē regni ad
 sectu in simulatū, necauit. Contra Pthol. Latyrū, atq; Demetriū Reges, grauiss. militū, gē
 tiscq; iactura, scilicet plus 60000. amissis, mulierib; & pueris ferro, & igni coctis, pugnavit. *Judeorum*
 Tū ira in captam Gazam relata, Syrorum regū exitio adiutus, omnē Syriā oram à Strato- *clades.*
 nis turri ad Rinocetam usq; cum Mediterraneis ciuitatibus, per Pompeium Syriā postea
 restitutis, suę ditiōis fecit. Ab Arabibus, Moabitib; & Galaaditis tributa uictis exegit. An
 tipatrum Herodis M. patrem Idumæis præfecit. Externis, intestinisq; bellis semper agita-
 tus, intra sex annos mille seniores, & plebis 50000. peremit. Ex rebellibus ciuib; Betha-
 mitis captis, 800. potentiores Hierosolymā ductos, concubinis adcumbens ipse, in plateis *Alexan. crua-*
 crucifigi, uxores eorum & liberos coram occidere iussit. 6000. solenni sacrificio deridentū *delitas.*
 se trucidauit. 8000. spontaneo exilio adegit. Interroganti, quid se uellent, audacter respon-
 derunt, nil, nisi mori. Militans triennali quartana, cruce dignus, extabuit. Hinc mariti cō
 missione, Tyrannidem exosa, regnans Solomon, uiri nomine Alexandra, foemina prudēs
 Pharyseorum, quibus tum summa uel conferendi, uel nocendi erat apud populum autho-
 ritas, usa præsidij, Hyrcanum filium pontificem dum creasset. Isq; tum, ea gloriose defun-
 cta, regnaret. Aristobulus ambitiosus, cruenta pro regno discordia contra fratrem, & Pha-
 risæos etiam uiuente matre, suscitata, fratre cum Antipatro ad Arabas pulso, tyrannidem agens, à pompeio Magno. Hierosolyma 22000. cēde, murorumq; deiectione capta,
 cathenatus, Hircano año regni sui primo, sub Romani præsidis agnitione restituto, atq; po- *Hierosolyma*
 stea per Cæsare confirmato, cū filiis in triumpho Romā est productus. Atq; post alteram à *capta.*
 Gabinio captiuitatem, cum à Cæs. dimissus, tum à Pompeianis interfectus. Et ab eisdem
 Alex. filio regno innixo, sublato, Antigonus alter filiorum Roma per fugam elapsus, mil
 le talentis, ac quingentis uirginibus puellis comparato Parthorum auxilio, captum patrū
 um, ne scilicet pontificatu fungi posset, auribus mutilatum, iterum Parthis tradidit, anno
 regni sui 34. Hyrcano igitur in Babyloniam ducto, Herodes Iudææ Tetrarcha Romam *Judeorum re-*
 fugatus, M. Antonio patrono, Iudæorum regno impetrato, eoq; tum inuitis Iudæis inito *gni interitus.*
 Hierosoly mam triennij pugna Anto. præsidio cepit cum Antigono, ab Anto. mox ad
 Herodis gratiam occiso. Subinde clarus Asmonai Principatus, agnatorum discordia, finē
 habuit anno à Iuda 129. à repetito regno 71.

HERODIS MAGNI SVCESSVS.

Erodes Magnus Ascalonita Asmonai seruus, Antipatri Idumæi plebei uiri,
 nec quicquam ad Iudæos pertinentis filius, ab eo Galilææ dux, uir foris,
 quam domi felicior. Iudæis inter se pro regno digladiantibus, ipse ob fi-
 dem tum à patre, tum à se Romanis seruata, ab Antonio & Octauio Cæsare
 anno imperij decimo, Iudæorum rex declaratus, Gallicis atq; Germanicis mi-
 litibus, Cæs. dono stipatus, in inuitam gentē annos 31. defauit cruentiss. Porro tyrannidis
 anno 26. Hyrcanum, à quo iam pridem multis beneficijs affectus, & à parricidij supplicio
 liberatus fuerat, legitimum regem, 80. annorum senem uirum optimum, & innoxium,
 etiam ab hostibus cultum, ad Iudæorum gratiam socerum suum, dissuadentibus amicis,

c 4 generi

generi falsum confidentia, è Babylonia Hierosolimam reuersum, post multas, sed immeritas perpeſſas calamitates. Socrum item, & Aristobulum Leuirum ab se Pontificem factum Vxorem item Mariannem cum duobus ex ea filijs suis, regno timens, impie necauit. *An* no 30. Zanederim, qua tunc ſceptrum Iudæ penitus est ablatum, profelitis, atq; Phariſeis ſuffectis, domus Dauid aboleuit. Nec non & tribum Iuda, omnemq; Dauidis germē, eo quod iam natus eſſe diceretur, Chriſtus in lege promiſſus, extirpare conatus, Salomæ ſororem cum marito de tribu Iuda. Item & filium ſuum è coniuge tribus eiusdem genitū, Atq; poſtremum Chriſto iam nato, & in Aegyptum angeli monitu ſeruato, cunctos infra bimatum Bethlehem opidi Iuda maſculos neci tradidit. Vnde exprobrabat Cæſ. melius, inquit, eſt Herodis porcum eſſe, quam filium. Principibus deniq; legitimis ablatis, ſacra quoq; lege prophanata, ignauum populum prophano gentium ritu corruptit. Iacob igitur patriarchæ uaticinio completo, Iudæi ſeuiff. tyrannide feſſi, ultro, fide data, ſeſe ei, ac poſteritati ſuæ dederunt. Hinc legitimo principatu in ſua ſtirpe regnatum eſt annis, 103. Ipſe uero, poſtquam Hieroſolymam ſplendidis ædificijs, & duplo quam fuerat, anguſtiore templo exornauit, aliquot item ciuitates uel condidit, uel inſtaurauit, uel amplificauit. Parrhiciſiorum, innoxijq; cruoris pœnas à uermibus, exurenteq; tabe miſere corroſus, exegit. Anno, poſt 31 annorum tyrannidem, legitimiq; regni ſexto. Cuius legitimi ſcilicet regni anno primo, & ab homine condito 3959 natus eſt Chriſtus Ieſus Dominus noſter, in ſecula benedictus.

Zanederim
extincta.

Infantium ca
des:

Chriſtus na
tus.

I V D A I C A E S V C C E S S I O N I S F I N I S .



HERODIANI IVDÆORVM. REGNI REGES ET ANNI.

- | | |
|-----------------------|-----------------------|
| 1. Herodes. M. 37. | 5. Agrippa iunior. 27 |
| 2. Archelass 9. | 6. Agrippa ultim. 30. |
| 3. Herod. Tetrar. 12. | Summa. |
| 4. Agrippa Priſ. 7. | 132 |

MONARCIA II. PERSARVM. SECVNDÆ MONARCHIÆ PERSICÆ

successus ex Herodoto Eusebio.



PERSARVM MONAR-
chæ, & Anni. Ex Meta-
stene Persa.



1. Darius Cyrus.
2.
2. Cyrus solus
22.
3. Priscus Arthaxer-
ses Asuerus
20.
2. Cyrus Artabanus.
mens. 9.

Arius Istaspis uirtute q̄ genere clarior Persa, Per Medorum re-
farumq; præfectus à Medis defectionis impetitus gni finis.
ascito in rem fratre Cyro, uictor, Apandam, quem
Græci Astiagem uocant, segnem regem suum cap-
tum, Hyrcanis præfecit. Ac regni titulum, Medis
ablatum, Persis adscripsit. Inde Bosphoro ponte commissio, q̄s
imperij cupidine inuaserat, à Cymerijs Scythijs 90000. ammils
sis, fugatus, cum reliquo, qui fuerat. 700000. nauium 600, exer-
citu, magnam Asiæ partem, Iones & Macedoniam non impu-
ne domuit scilicet 300000. ad Marathonam à Milciade Athe-
nienfium duce fufis. Tum reparatis uiribus, Baltasare inerti
Chaldeorum rege deuicto, Asiæ imperij caput Babyloniam Chalæorum
subegit. Qua miris artibus capta, redunitam Monarchiã in regni finis.
Persepolim Persarum regiam transtulit, anno ab ea dispartis
ta. 304. & regni sui 12. Vbi mox anno Monarchiæ primo. Ius
dei, Barachia duce, muneribus, sacris uasis, & libertate libera
liter donati, secundum prophetarum oraculum ad urbis, tem-
pli q̄ restorationem in patriam sunt remissi. Iudei liberati

Interea uero Cambyfes sæuus, à miti patre Cyro, Persico re-
gno sex annos præfectus, ob negatam filiam, Amasim ex ple-
beio fœlicem, admirandæq; prudentiæ Aegypti regem, qui
scilicet ab omni regni sui incolis iusti uictus uitæq; rationem
exigebat. Aegypto subacta, defunctum iam uicis, qua Persa-
rum dinaste 150. annis imperarunt Aegypto, mox Aethyo-
pas uictos addidit Rex sæuus inter multa sæueriter acta, ut se
uo, ita iusto exemplo, pellem falso iudici detractam, subfecto
in iu-
Falsus index
excoriatu.

CATALOGVS ANNORVM

<i>Persarum Monarchæ & anni.</i>		
5.	Darius longiman.	37. 3522.
<i>Cyri interitus</i> 6.	Darius Nothos.	19.
7.	Arthaxerxes M.	
8.	Darius Mēnon fil.	55.
9.	Arthaxer. Ochus.	Frates. 26. 3622
10.	Arfes.	2.
11.	Darius.	6.

*Spartanorum
interitus.*

*Iudæis et Græcis
libertas
data.*

*Illustres duces
Græcorum.*

theniēses, ab eorū duce Themistocle parua classe uictus, quē paulo ante terra, mareq; uix sustinuerat, unica scapha in Persas trepida fuga relatū, Artabanus filius, & hunc septimo cruenti imperij mense regni cōpetitor interfecit Longimannus frater. Hic Danielis 69. hebdomadē, ab aīo Longiman. 19. inceptā. In Tiber. 15. Cæs. finientur apte. Artaxer. Magnus Lon. nepos Imperij, uiteq; diuturnitate prouintiarum 127. Vxorū 115. & pellicum, 400. numero filiorum item 125. & ex illis 50. cum liberis & uxoribus affectati parricidij criminatorem cæde. Tum & Iudæorū, atq; Græcorum pace, libertateq; memorandus, Ochum filium reliquit, successorem omnium, qui Persis imperarunt crudeliss. adeo inquam ut is à crudelitate nominis sui perpetuitatem quæsiturus, 80. fratres occiditur, ac matrem uiuam humauerit. Idem Apodasmo capta, Iudæos ad Caspiū fretum in Hyrcaniam transtulit. Sydonem euertit, & Aegyptum rebellem cohercuit. Sed instabili humanarum rerū uicissitudine urgente, dum unanimis, strenuacq; uirtus regna parit, regna interim deperit discors, & iners orium. Sic ab Assyrijs per Medos ad Persas, & nunc à Persis, per Græcos Persico luxu resolutos, ad Macedonas ante uix ipso uocabulo cognitos, Asiani imperij summa transiuit.

GRAECORVM SVCCESSVS.

Ræci porro, qui olim Sycionici Regni uetustate gloriabantur, mox excisa Troia, Assyriorum declinante imperio, claris rebus studere ceperant, sub Persarum imperio, licet magnis sæpe cladibus afficerentur, ita strenue tamen decertarunt, ut recuperata per Xantippum Ionia, cū pace libertatem à M. Artaxerse reciperent. Præter id uero, quod uniuersæ sapientiæ Imperio, ut Cyrus aiebat, quantum uis amplo anteponenda, professoribus, cunctas facile superarent gentes. Præcipue tamen horum inter alios, ducum uirtute florere, scilicet callidiss. liui. teme- rarioq; Themistocle, & huic natura diuerso, paupertatis amatore iusto Aristide. Item Cy mone

mone, qui à puero stultitiæ suspectus, at erga miræ fortis patrem mirapietate memorādus. Dux, liberalitate, pomaria sua publicabat. Fortitudine, Persarum fregit imperiū, & ostrachismi posthabita iniuria, uictor occubuit. Pericle, ut belli suafore sequissimō, ita pacis Nītia mitiss. Alcibiade Aegyptiæ terræ simili. Epaminunda, qui dum sibi nil, sed ciuibus omnia geri dictaret, suo deficiente, è publico sumptu funeratus extitit. Cū eo uero, Conone, & Agesilao uti corpore claudō, ita animo in omni uirtutis genere clariss. rege, omnis Græcorum gloria defloruit. Post horum nempe ducū obitum, Græci ab armis ad otia, & à castris ad theatra uersi, meliores uersificatores, quam duces dum euassissent. Macedones in terea, prius obscuri, atq; sola uoce noti, Philippo Rege, qui Thebis obses, Epaminundæ, Pelopidarumq; uirtutibus imbutus erat, unanimes & exercitati, dissidētes & otiosos Græcos, & hinc luxuria uictos Persas subiugarūt. Ex memorandis Agesilai dictis sunt, *Melius, Philippus Macedoniæ rex.* est regem quam regnum claudicare, Imperatoris est, non se, sed exercitum ditare. Veri officium regis est, quam plurimis benefacere. Pulchrum est mœnia, sed pulchrius expugnare uoluptates. Dii non magis castis templis, quam iustis mortalium operibus delectantur. Græciæ uero ciuitates, authore Iustino, dū imperare singulæ cupiunt, Imperiū omnes, amiserūt, inq; mutuum exitium sine modo ruētes, ab omnibus uictæ, periēre, quodq; singulæ amitterent, non nisi oppresse senserunt. Porro Philippus Rex Macedoniæ, ueluti uulpecula quædam, libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, uictos pariter, uictoresq; subire regiam seruitutem coegit ante mercator Græciæ, quam uictor effectus. Vltimis igitur Atheniensibus, quo die uniuersæ Græciæ dominationis gloria, uetustaq; libertas finem habuit, deuictis, Ille ciuitatū 200000. peditū, equitumq; 17000. auxilia, cōtra Persas destinata, conscripsit. Quibus coeuntibus, dum nuptiarum filiæ spectaculis inter Alexandros filium scilicet & generum Epiri Regem intendit, à Pausania nobili adolescente, in illati stupri uindictam, adultera Olympiade, ob repulsam, concia, est interfectus, non impune quidē, quandoquidem interfectore crucifixo, reliqui cædis conscij ad regis tumulum Alexandri iussu sunt occisi. *Pausania facinus.*

TROIANORVM FRANCORVM IN GERMANIA Regnum ex Tritemio.



Nno à deuastata Troia 1227. Franci Troianorum reliquiæ, in Scythia ad Danubijs oram à Gothis, Antenore rege cæso, profligati, Anno Darij Longiman. 32. & ante Christum 440. Marcomiro rege Germaniam numerosa multitudine ingressi, ad Rheni fines inter Saxones regno posito, deinceps per 900. annos magnam Europæ partem, præsertim Germaniā et Galliam armis obtinuerunt. Hjs Regibus, quorū secundus post Marcomirum, Antenor, Cambram, Belini Britanniæ regis filiam uxorem duxit, à qua posteris regibus, ac genti Cymbrorum seu Sycamborum nomen inditum extat. Neomagū & Neopachū regni sedes cōdidit. Vbi gens, Scythica lingua relicta, Saxoniam recepit. Septimus Bassanus Magnus, & iustus		SYCAMBRORVM, SEV Francorū Reges & Anni ad Christum. Ex Ioanne Tritemio.	
1.	Marcomirus	28.	
2.	Antenor	30.	
3.	Priamus	26.	
4.	Helenus	19.	
5.	Diocles.	39.	
6.	Helenus ij.	12.	
7.	Bassanus M.	36.	
8.	Clodomirus	18.	
9.	Nicanor.	32.	
10.	Marcomit. ij.	13.	

Neomagum

CATALOGVS ANNORVM

Sycambrorum seu Franco-
rum, Reges & Anni.

11. Clodius 1.
12. Antenor 1.
13. Clodomir. ij.
12. Merodach.
15. Cassander.
16. Antharius
17. Francus
18. Clogius

iustus adeo, ut filium stupri damnatum, contemptis omnium
præcibus, sua manu trun-carit, in-quiens fili, non ego, sed leges
te necant. Basamburgum construxit. Theobarinum Treu-iro
rum Regem cecidit, & Comitjs in Deos euanuit. Decimus
septimus francus, à quo Franci, deinde & Teutones dicti, per-
petuo cum Saxonibus, atq; Thuringis fœdere pacto, mox so-
cios Saxones à Gothis 80000. cæde liberauit, tum Gallos
regni sui inuasores, 200000 strage retudit, annū regni sui
24. à M. Lolio Ro. Angusti legato 18000. Saxonum
cede uictus, quieuit Dediti tunc Sueui, atq; Sy-
cambri Cæs. iussu, anno scilicet imperij
sui 27. in Galliam ad Reni finitima
sunt translati.

MONARCHIAE TERTIAE GRAECAE,

successus. Ex Eusebio, & Appiano.

GRAECORVM MONAR

cha, & Anni. Ex Eusebio
& Appiano.

1. ALEXAN. M.
6.
2. Seleucus Nicator.
22.
3. Antioch. Sother.
10. 3701
2. Antio. Theos.
15.
5. Seleu. Gallinicus
20.
6. Sele. Ceraunos
21.
7. Antioch. Magnus.
37.
8. Sele. Philopator.
12.
9. Antio. Epiphanes.
11.
10. Antioch. Eupator.
2. 3800.
11. Demetrius Sother
12.
12. Alexan. Balans.
10.
13. Demet. Nicator
3.

Lexander à rerum gestarum magnitudine cognos-
mento Magnus 23. Macedonum Rex, æqua cupi-
ditatis suæ fortuna fretus, paterna cede uindicta,
regnoq; pacato, exercituq; ad hoc bellum à patre
Philippo imperij fundatore, comparato, peditū, ui-

delicet 32000. equitū 4500. & nauium 182. nullo duce 60. annis
minore, ut in pedibus nulli, sed in lacertis uictoriæ spes esset
omnibus, admirabili pollebat, animi magnitudine orbē ter-
rarū adgressus, hostium semper uictor, Persicam Monarchiā
Dario tribus prælijs in totidem annis cum 1500000. bellatori-
bus interfecto, Persepoli capta, atq; tum ebrij consensu im-
peratoris, meretricia Thaidis manu, in Athenarū patriæ suæ
uindictam, combusta, In Gratiā cum Persepolitana, Susia-
næ pari gaza 10000 mulorum, & 5000. camelorum iugis uecta
translulit anno regni sui 6. & à Cyro M. 191. difficile creditur,
ex una eademq; gente tot esse peremptos, è qua non multo
prius, decies nonies centena millia consumpta fuisse constat.

Alexandri ex
ercitus.

Darius uictus

Hinc Indos, Poro Rege cū 600. Regijs, Et, 400. turritis Ele-
phantibus capto, & restituto, Tum & immaniss. Scythas, Zo-
pirione duce cum 30000. ammisso, uicit. Veruntamen, qui an-
nis 12. maximo tum sui, tum innumerarum gentium pericu-
lo, imperiū uix, nec sufficiens adquisierat, à toto inuictus Or-
iente, occidentem animo uincens, terrarum omnium sese Re-

Porus Indus
uictus.

gem, & adorandum mundi Dominum adpellans, Babylonix
anno florentiss. ætatis suæ 33. Persico luxu, uino, furore, suorū
insidijs, fraudeq; uictus, inuicto mortem animo tulit. Alexan-
driæ ab se conditæ, Ptholomei obsequio sepultus. Septempe-
dali tunc sarcophago satiatus, cui mundus unus nimium an-
gustus fuerat. Subinde relictum imperiū, ut breui coactū,
ita, sed breuius in ducum numerum distractum, Rursus ab A-

Alexandri in
teritus.

theniensibus bello cepto, multo fortiori cruore, mutuaq; ducū
& hæredum cōsumptione, Solo uel Romano ex societate, Ae-
gypti Regno saluo, cæso præclaro Ponti, Thraciæ, ac Macedo-
niæ Rege. 74. annos nato Lyfimacho, inuictorum uictorem
Seleucum Antiochi Ducis filium. Alex. castrorum præfectū
& Babylonix, uicto Peuteste, Satrapam, recoactum, septimo
à parta uictoria mense iterum distractioni relictum est. Victo
re scilicet 77. annorum perfidi Ptholomei Ceraunos, quæ ex

Alexandria
condita

Aegypto pulsū, tanquam filium aluerat, insidijs interfecto.
Qua Ptholomeus hic Phyladelphus Ptholomei regis frater,
Macedonia potitus, tum à Gallis obruncatus, horrendorum
parricidiorum poenas luit. Extinctis itaq; iam uniuersis Ale-
xandri Comitibus, E tribus præcipuis regnis ex imperij diuisi-
one supersutibus, Macedonico scilicet, Aegypto Ptholomei

Lyfimachi re-
gis cades.

re scilicet 77. annorum perfidi Ptholomei Ceraunos, quæ ex
Aegypto pulsū, tanquam filium aluerat, insidijs interfecto.
Qua Ptholomeus hic Phyladelphus Ptholomei regis frater,
Macedonia potitus, tum à Gallis obruncatus, horrendorum
parricidiorum poenas luit. Extinctis itaq; iam uniuersis Ale-
xandri Comitibus, E tribus præcipuis regnis ex imperij diuisi-
one supersutibus, Macedonico scilicet, Aegypto Ptholomei

Ptholomei do-
lus.

re scilicet 77. annorum perfidi Ptholomei Ceraunos, quæ ex
Aegypto pulsū, tanquam filium aluerat, insidijs interfecto.
Qua Ptholomeus hic Phyladelphus Ptholomei regis frater,
Macedonia potitus, tum à Gallis obruncatus, horrendorum
parricidiorum poenas luit. Extinctis itaq; iam uniuersis Ale-
xandri Comitibus, E tribus præcipuis regnis ex imperij diuisi-
one supersutibus, Macedonico scilicet, Aegypto Ptholomei

d orum, &

CATALOGVS ANNORVM

Græcorum Monarchia
& Anni.

Sandracotus
Iudeorum rex

12. Anti. Sidetes:

9.

Demetrius Ni.

2.

15. Anti. Griphus.

12.

Regnum Par
thorum.

16. Anti. Cyricenus.

18.

17. Phillippus & frat.

18. Demet. Ceraunos

2.

Tygranes Armenius

18.

19. Anti. Eusebius.

2.

orum, & Asiatico Seleucidarum, Asiaticum, seu Syriacum, proxime Alex. potentiam æquauit. Seleuci à strenuitate cognomento Nicatoris, uiribus à Phrygia ultra indum fluuiū, Sandracoto Indorum rege superato, prolatum, atq; tum illis strissimis urbibus pro imperij magnitudine ab se, suo parentū uxorum aliorumq; nomine conditis auctum. Mox ignauorū successorum, cognatorumq; Aegypti, Macedoniaq; regnum mutuis, & odiosis seditionibus, & nefarijs parricidijs laxatū, Pars ultra Eufratē, uidelicet Babylonia, Mesopotāia, Media, & Persia, Parthis, Scytharū exulibus, Arsace ex latrone præsanti Rege creato, ab Anthi. Theos defectis, in regnū cessit, deinceps Persarum, Saracenorum, Turcarum atq; Tartarorū nomine, sæpe licet retusum, inuicte tamē auctū, atq; seruātū. Pars autē intra Eufratē in 22. regna secta, Pōpeio. M. uictore, Romanum suscepit Imperium. Anno ab Alexan. M. 259. & ab urbe condito 684.

MONARCHIAE III. FINIS.

tia
patr
atfe
exec
crea
dex.
fuos
iect
mio
terfo
Val
brat
rum
it eu
exul
imp
dion
Ro
quin
xit.
Lat
fren
uato
mus
Vo
euo

ATQVE PRINCIPVM
ROMANI CONSVLATVS INITIA

XX.

atq; successus, Ex Lúio.



1 Vtius Iunius Brutus, Tarquinij Regis ex sorore nepos, dū ab Auunculo fratrem cum aliquot urbis primoribus interfectum esse didicisset, Videretq; prudentiam Tyrannidis obnoxiam per parum, cū iuris, tū securitatis habere. per multū uero, innoxiam stultitiam. Stultitia igitur simulata, Bruti cognomen tum, Delphicum munus, & oraculum tunc explicuit, quando scelerato Lucretia Tarquinij Collatini cognati sui uxoris pudiciss. supro à Sexto Tarquinio Regis filio patrato, cōcitatus, in Regium excidium sacramento per Deos, perq; innoxium sanguinē attestato, coniurationē prouocauit. Qua mox regali familia, agro Marti dedicato, regioq; execrato nomine, urbe eiecta, à Comitijis Primus Ipse cum Tarquinio Collatino Consul creatus est, anno Cyri Magni quinto, à Romulo 240. Subinde ut non minor libertatis uindex, quoniam custos haberetur, Collegam Regiē cognationis abdicauit. Filios atq; nepotes suos regiē factionis suspectos, Quo nil patrie praeferendum esse graui doceret exemplo, reiectis populi precibus, uirgis cefos, securi tradidit. Cōspirationis indicē Vindicium premio libertateq; donauit. Hinc urbe pacata, pro libertate contra exules bellans, superius interfectū à se hostem occubuit. Collega, quo adiutore reges eiecerat ille, uiro laude digno Valerio Publicola triumphante, annuo matronarum luctu, pudicitiae uindex, extitit celebratus. Quibus initij Romanum imperium intra 15. lapidem finitum, Consulum, aliorumq; popularium magistratuum prudentia in totius pene orbis Monarchia gloriose fuit euectū. Porro in exilium acto cū tota sua cognatione Tarquinio rege, Primū aduersus exules pro libertate, hinc contra confines pro finibus, atq; postremum contra externos pro imperio, bella per 500. annos, lano duntaxat semel clauso, ex bellis succidue nata, uictrici diomae Monarchiam peperere. Conscribit illam insignioribus 50. fere bellis compensatus simul & literatus. L. Florus. Quorū primum Hethruscum, Porfennam regem, Tarquinorum hospitem, Bruti Valerij Cos. Coclitis, Sceuloae, Claoliæq; uirtute in fœdus traxit. Tum Valerio P. post Sabinum triumphum, è publica stipe in rogum elato, Alterum, Latinum, à Tarquinij commotum, Mamilij Ducis cæde. A. Posthumium dictatorem effrenis signis, & equis, dijs compugnantibus, pugnantem, domi forisq; partæ libertatis feruatore effecit. At mox aduersum eosdem populos pro finibus continuata lite, Magnanimus Martius ciuis, Coriolo, tum hostis, muliebris fortunæ sacro, claruit. Equi uero cum Volscis Latinorum peruicaciss. Q. Cincinatum Dictatorem ab aratro ad sui triumphū euocarūt. III. Hethruscum, Veientum 300. & 6. Fabiorum cæde optimis à Tolumnio rege d. spolijs

Lucretiae in
terilus.

Bruti obitus.

Insigniora Re
manorū bell.

spolijs per Corn. Cossium uindicata, memorandum. Fidenatum, atq; Faliscorum, Ludimagistrum prodicione, M. Furium. Camillum, uirum bello, paceq; clarum reddidit. Sed eundem ingrata exulem patriæ, tum maxime foelicem cum anno libertatis 120. reuocatus Dictator ille Gallico bello IIII. caesorum ad Alliam, & in incensa urbe Ro. sanguinem, Vistyrum Senonum cruore compensauit. Alter urbis parens, & conditor adpellatus, ciuitatem intra annum reparauit, atq; Ciues, Veios transmigraturos, retinuit. Indidem M. Manlius, qua seruata Arce summum decus, ea regni adfectu, precipitatus, summum dedecus incidit. Quintum Latinum ij. Manlium Torquatum, Valerium Coruinum, Decium Patrem & L. F. Camillum VI. Sabinum, Curium Dentatum ornauit. VII. Samniticum, 29. annis agitatum 24. triumphis materiâ Fabijs, atq; Papyrijs præbuit. VIII. Hethruscū, atq; Samniticum insigniuit Decium filium Fabium Max. 60000. Tuscorum ad Cyminiâ strage. L. Papyrium Curforē. Caudini dedecoris ad Luceriâ restitutione, Cædeq; 30340. Samnitum ad Aquiloniâ, & M. Curium tertio de auaritiâ, duobus scilicet de Samnitibus triumpho splendidiore. Samnitibus aurum offerentibus dum is respondet, Auro non indigere, fictilibus contentum, malle se aurum habentibus imperare, quam aurum habere, dum & agri amplificationem recusauit, Inquiens, Malum ciuem esse, cui non id, quod cæteris esset satis. Id temporis pro Romæ urbis imperio, decem urbanarum legionum potentis, certarūt cū Alexandro M. aduersè fortunæ in experto, uel qualibet uirtute opponēdi illustres Romani M. Valerius Coruinus, C. Claudius M. Rutilius, Cl. Sulpitius T. Manlius Torquatus, Q. P. Phylo. L. Papyrius Curfor Detij duo, L. Volumnius. M. Curius. IX. Bellum, quod Apuliam, ac totam Italiam inuoluit Tarentinum, Tarentini nempe à Romanis iniuriarum petiti, bellum. Pyrrho clariss. Græciæ rege, è Syçiliâ, quam extinctis Dionysijs, & admirandæ societatis Agathocle tyrannis, contra Charthaginenses regebat, euocato duce suscipientes. Rex bis uictor, anno 6. uictus, Tarentum, Apuliâ, & Italiam totam Romanis in triumphum reliquit. Antigono è Macedoniâ pulso, Argis perijt. Exhibuit tunc Roma uirtutem, Constantiâ scilicet in Fabricio, & aurū & beluam regis cõtemnente, Grauitatē in Appio ceco, qui regem admitti noluit. Integritatē in M. Curio. Regi proditorem medicum tradente. Continentiâ in populo, cum ne foemina quidē, neuē puer Regis munera, Cynea, qui Romā regnū, Senatū uero regū concessum esse aiebat, offerente, acciperet. Curius 23000. cæde uictor, primos Elephātes Vrbi intulit antea nunq; uisos, & ex spolijs ampliss. pro sua continentia solum fagineum guttum retinuit anno cõdite Vr. 470. Decimum. Picente, Sempronio. XI. Salentinum, M. Attilio, XII. VI sinense ob seruos, Italicorum ultimum Fabio Gurgiti cessit.

Italia 500. circiter annorū conflictu Romano subiugata imperio, indidemq; certamine pro finibus finito, ne radiantia rubiginescerent arma, anno Vr. cond. 490. pro Mamertinis, & à Tarentinis occasione capta, XIII. aduersus Hyeronem ex pudenda matre præstantem Syracusanorum Regem, Pœnosq; foedifragos Syçiliæ dominos, primam Romanorum classem, atq; prima extra Italiam euexit arma, quibus Hyerone superato, pœnisq; in Africam retusis, prouinciæ Romanorū imperij prima facta est Syçiliâ. Tum Carthago, præcipuis triūphatoribus Duillio, Metello, Attilio regulo & lactatio tributaria pace recepta, Sardinia, Syçiliâ, usq; ad Iberum Hispaniâ, & maris imperiū ammisit, aũo belli 24. Eodē Phaliscis retractis, Iano, secundū à Numa, uix per annū clauso, XIII. Sub Alpinos Lygures, uictore Posthumio, exarmauit adeo, ut eis uix pro terræ cultu ferrum sit relictum.

XV. primis trans padum missis contra Insuabres Gallos numerosis armis, tum regibus scilicet Britomaro ab Aemylia discincto, Aristonico à Flamminio Ioui deuoto, atq; Viridomaro A Marcello Feretrio Ioui suspensio, transpadanam regionem domuit. XVI. Fuluius uindice, tributis uindicauit Tensam Illyriorum reginam. XVII. Punicum ij. omniū facile cladium atrocitate grauiss. ab Hanibale in sanguinem Romanū deuoto, Hispania capta,

Roma incēsa.

Curij continentia.

Italia Romanorum facta.

Gallorum Reges caesi.

capta, Saguntoq; Romanis fido, exciso, anno Con. Vr. 534. coeptum, inceptoris deuotio-
nem, tamen si dijs auerfis, ferocis pro imperatoris animo non consumatam, illustrem tamē
effecit. Siquidem is traducto uictorici per Hispaniam, & Galliam, superatis aceto, ferro, &
igne Sinesijs iugis, in Italiam 80000. ped. 10000. equitum. & 20. elephātorum exercitu, *Hanibalis ex*
Cui uel una illa, sed postea Asdrubalis cum 56000. cāde per L. Neronē, & M. Liuium ad *ercitus.*
Metaurum pensata, per insignis ad Cannas, Aemylj Cos. duor; Quāstorū. xxi. Tribuno
rum, Consularium 30. Senator; 90. Nobilium 300. Ped. 45000. Equitū 2700. totidēq; pro-
pe Sotiorum cede parta uictoria, Romam ad tertium lapidem petitam, uincere debuisset.
Per 16. annos in Italia belligerans, 400. ciuitates, hominumq; trecenta millia contriuit. In
terea uero supplicem Dijs Vrbem tuentibus, Fabio Max. Dictatore pädagogo cunctan-
te, & Marcello Pugile propugnante, Campanis delitijs emollitus, atq; tam diu Ferox Im-
perator moratus, donec Cor. Scipio, obtestatis gladio patriam deserturis, patre, patruoq;
quatuor pœnorum ducum, totidemq; exercituum strage, retēta. Anno belli 14. Hispania *Scipionis uia*
uindictis, Aphrorū, Numidarumq; armis Vulcano combustis, Syphace rege per Leliū *etoria.*
& Massinissam capto, atq; Hannibale tum reuocato, tum uicto, tū spontaneum in exiliū
fugato, Carthaginensibus petitam pacem anno belli 17. præscripsit, eorum 500. nauium
classem incendit, trans fugas Latinos truncauit, Romanos uero crucifixit, primus à deu-
sta terra Africānus est adpellatus. XVIII. Philippum Macedonem, Flamminio dū-
ce, adempta Thracia, pacauit. Gretiam, Lacedæmonū tyrāno Nabide fracto, libertati resti-
tuit. Interim Cor. Cethegus. Hamilcharem Pœnum, belli authorem, cum 35000. Insubri-
um Gallorum cecidit. Et M. Cato Romanorum Sapientiss. 60000. Celtiberorum fuis, ca *Catonis uia*
ptisq; 400. oppidis, Hispaniā composuit. Decimum nonū Bellum, Syriacum, Anthiochū *etoria.*
M. 300000. ped. nec minore numero equitū, curruū, & elephantum argento, auroq; nitē-
tium, exercitu gloriantem, Hannibalis, & Thoas Aetholorum Ducis suasu, cum Ro. con-
stituit, Ducibus. Attilio Glabrione ē Gretia in Asiā 135000. cāde pepulit. Aemylio ma-
ri eiecit. Cor. Scipione, 50000. ped. equitumq; 3000. strage, in Syriā anno imperij sui 32. ultra
Taurum relegauit, atq; cohercuit. Hinc Didyme Ionis templum spoliatur; cum uniuers-
o exercitu finitimi trucidarunt. Scipioni triumphatori Asiatico cognomen inditum. Mi-
ra, fallaciq; humanarum rerum sorte, uterq; Scipio repetundarum adculatus, Africanus
in exilio defunctus, Asiatici bona publicata. Roma uero Asiana luxuria cum corrupta,
tum uindicta est. Id temporis Sempronius 40000. Tum Scipio Nasica optimus, & solus
Idæa matre dignus 28000. Boiorum insubrum Gallorum cede triumphauit. XX. Aetho-
los per Fuluiū. xxi. Istrios per Appium Anthiochene societatis puniuit. xxij. magnæ asti-
mationis, Gallogrecos Anthiochi stipendiatos per Manlium atrociter deleuit. XXIII.
Macedonicum ij. Rege Perseo capto, regnoq; in prouinciam redacto, ex diuenditis 70.
uno die captis, urbibus, triumq; dierum opulentiss. triumpho, tam pauperem reliquit P.
Aemilium, ut licitatis bonis suis uxori dos soluere, urbem aut Romam tam diuitem, ut à
tributi præstandi necessitate liberaretur. Rex in carcere periit. Alexander filius suus scri-
bam egit, miræ fortunæ exempla. xxiiij. Illyricum ij. Antius prætor, & xxv. Macedoni-
cum iij. Andrisco ficto rege capto, Metellus peregit XXVI. Punicum iij. Carthaginē cū *Charitaga*
totius Africæ imperio per Scipionem iuniorem, Africanum, eo triumpho dictum, *capta.*
quadraginta millium hominū deditio, spontaneoq; XVII. dierum incendio, extinxit,
anno belli 4. & Vrb. cōdit. 606. XXVII. Achaicū, libertatis abusu ditiss. æris Corinthū
sponte cōflagrauit Mumio & Metello uictoribus. xxviij. Hispanicum à Scipionibus ce-
ptum, Augustus finiuit. Nunc uero Viriatum ex pastore uenatorem, ex uenatore latro-
nem, & mox iusti exercitus ducem maximum, Lusitaniæ totius occupatorem, xiiij. annos
cōtra Ro. frequentius superiorem, Seruiliū consilio per prodicionem interemit. Eodem
annorum numero XXIX. Numantiā, quæ sine muro, sine turribus 4000. armatorum se
d i defen-

Scipioni A-
phricani fors

Sarmorum
xirum.

Mulierum fa-
cins.

Seditiones.

Epithauum
Sylla.

defendit. Vna strage 30000. Romanorum fudit. Mancinū ad indecoram pacem traxit, Fame, suocq; ferro, & igne ita consumpsit, ut uictori, atq; militaris disciplinæ reformatori Aphricano Scipioni triumphum de solo nomine reliquerit. Item mira Scipionum fors, quæ hic tantus imperator, Auorum sorte, nulla suspectæ mortis suæ quæstione, nulloq; fune-
ris honore prosequutus est, non tamen omnino inultus, cum eo defuncto Gracchiana tri-
umuirum seditio acrius exarserit. XXX. Asiaticum Regij sanguinis Aristonicum Asiæ,
Romanis Attali Pergameni Regis testamento liberam sibi uendicantem, Crasso pretore
cum exercitu caeso, Cos Perpenna illegitimo, & primo Romanorum nephado Aquilius ui-
ctoribus cum Attalicis Asiæ Gazis, uictisq; simul Romam transmisit. Eisdem, atq; poste-
rius Lici Crasso uictoribus, fame, hostili, spontinoque ferro uicti, Syçiliæ, Cylicia, Ca-
puæq; potentia regibus equati, & serui & fugitiui. Aquilius repetundarum aduocatione
ostensis cicatricibus diluit. XXXI. Numidicum. Carthagini post 40. annos reliquum
Metellum regni deuastatione Numidicum Marium & Syllam. Bocchi mauri regis,
clade, fraudulentissimi regis, qui Fratricidio muneribus redempto, uenalem urbem fece-
rat, Iugurthe triumpho, sed cruentissimo Romæ ductū, odio subinde cepto, extulit. xxxij.
Primis Ro. transalpes in Galliam translatis armis, anno urb. 627. Fabio Max. Duce, Al-
lobroges, & Virtutum Auernorum regem 150000. caede, uicit, & cum Domitio procon.
ad Vindaliū oppidum uictore trophæa erexit. Eodem Gn. Martium Con. Alpinos Sar-
nios suo pte igne, ferroq; extirpauit. xxxij. Cymbricum, Ambronicum, Teutonicum, ac
Tigurinum. Quo scilicet Cymbri, negata sibi à Ro. colonia, Illyricum populates, Car-
bonem Con. cum exercitu, hinc Syllani Con. copias, hinc in Galliam ducti, primo Scau-
rum Con. cum exercitu, altero Procon. Maniliū, & Cepionem 80000. armatorum, colo-
num, Lixarumq; 40000. caede, præda omni in Rodanum demersa, fuderunt anno ur. 642.
Inde cuncta prædando in Hispaniam profecti, à Celtiberis, quibus id cum Cymbris com-
mune, quod in acie gloriosum, sed in lecto ignominiosum mori duceret, in Galliam repul-
si, Ambronibus, quorum 30000. ad Isaram Rodani confluentem cecidit Marius, atq; belli
cosis Teutonicis iuncti, geminis castris Italiam inuasuri, pars una Teutoboccho grandi,
rege, ad aquas uictoris Proc. adpellatione Sestias 200000. cede, atq; 90000. detetione. Al-
tera uero pars, Bolo rege fugatū Con. Catulum secuta 140000. caede, & 60000. captiuitate,
à Mario quintū Cō. sunt deleti. Nemine autem ex tanto numero uiuere potius, quam ser-
uire cupiente, superstites caesorum foeminae fugitiuos, seseq; & infantes suos, ex capillis su-
is strangulis, caesorumq; gladijs atroci spectaculo trucidarunt. Heluetij Tigurini, qui pri-
us in Allobrogum finibus Con. Cassium, & Pisonem cum exercitu prostrarant, in alpium
presidio positi, dispersi, latrocinij, & ignobili fuga euauerunt, Anno urb. 656. Triumpha-
tor Marius tertius urbis cōditor adpellatus aquilam, ceteris signis ablatis, legionibus cō-
secrauit. xxxij. Thraces hostium cruentiss. præcipuo M. Lucullo cruentiss. subdidit.
Dum autem Roma foris dominatur, intra se tribunitijs interim uexata seditionibus, Ita-
liæ Sotiorum bellum XXXV. præcipuo Tr. pl. Druso autore suscitatum, totius Sena-
tus armis, grauib; utrinq; cladibus, ac tum donata ciuitate, pacatum, Ciues cruentiss, ac
plus q; hostile in bellū. XXXVI. irritauit. Nēpe dum Marius uir agrestis, & literarū cō-
temptor, sæue honores uendicare. Sylla uero uir nobilis, & literarū cultor, seuus iniurias
uindicare conat. Marius Septim. Con. pacificoꝝ Senatorū, nobiliūq; seuus trucidator, à se
uiore uindice in spontaneam manus suæ necē adactus, honores suos uili suo, suorumq; exi-
tu fœdauit. Sylla aut̃ sæuior, sed inultis tot innoxioꝝ cædibus, nō solū felix, uerū etiā facile
omniū feliciss. cū post supra 100000. ciuiū 2600. equestris ordinis 90. Senatorū, & 15. Cōsulū
cædē, post ad inuentas proscriptionis tabulas, honoꝝ, bonoꝝq; priuationē. Post perpetu-
am dictaturā anno urb. 668. sponte, raro exemplo relicta, priuatus, in cæpo Martio sepul-
ture honoꝝ meruit hac inscriptione: Nemo amicus in beneficētia, & nemo inimicus in in-
iuria re-

iuria referenda me superauit. Etia post mortē de Lepido, strenuoq; Sertorio per Pom. uin-
dicatus honore. Cū itaq; Roma uirtutis suæ oblita, in sese fureret, hac opportunitate, suaq;
potentia illectus Mithridates, omniū suæ uel superioris ætatis regum Rex Ponti. atq; 22.
prouinciæ impio, totidemq; linguarū peritiā clariss. à Socioꝝ inualione, bello. XXXVII.
contra Romanos accepto, exercitū ped. 200. equitū 50. curruū Vic. & nauium 300. Græci-
am & Asiā occupauit, cæsis una die citra ullum uel sexus uel ætatis discrimen, quicquid in
hijs Romani nominis fuit, nēpe 150000. Romanos duces ludibrijs adfecit. Aquilio, liqua-
to in fauces eius auro, Romanam exprobrauit auaritiā. Aduersus eum, anno urb. 662.
Sylla felix, ararij inopia, templorum etiā Delphica inuitatus lyra, donarijs corralis, ex-
peditus, Athenas dira fame cepit, duos regis duces plus 160000. cæde profligauit. Illū Fim-
bria uastatore uindicato, restituit. Romæ sacuiturus, Regi pacta occupatorum restitutio-
ne, postulatam pacem dedit. Qua per Regem soluta L. Lucullus uirtute, atq; delitijs, quā
genere clarior, eundem, & Armeniorum regum Regem Tygranē, capta 300. hominum re-
gia Tygranocerta, tanta strage adflixit, ut Granicus, & Esopus amnes cruore tingereñt, ad
Arsamum flumen Reges tres profligauit. Syriam, Tygrani ademptam, Antiocho Coma-
geno reddidit. Feneratores per totam Asiā oppressit, facile tum huius præclariss. belli
triumphator affectus, si sollicitata militū defectio, sed uel maxime, si alienæ uirtutis impa-
tiens, principū domi emulatio, non obstitisset. Qua abrogato ei Imperio, Pompeius illu-
stris uir, & hac uictoria & magnus, est Imperator adpellatus, Pyratarū bello XXXVIII.
in quadraginta diebus confecto, Regem adgressus, eo 42000. ad lunę radios cæde, proden-
te filio in spontaneam sui necem adacto, uictisq; xxij. regibus. Ponto, Syriæq; in prouinci-
as redactis, Aegyptijs in societatem, atq; Parthis in fœdus receptis, Romanum imperium
ad Aegyptum & Eufratem prolatauit, anno Urb. 684. Triumphum Mineruæ inscripsit
Cn. Pom. Magnus Imperator bello 30. agnorum confecto, hostibus fuis uel captis, uicies
centum & octoginta tribus millibus. Nauibus 846. Oppidis. 1538. terris à Meotis lacu ad
rubrum mare subactis, uotum Mineruæ. XXXIX. Cretense Metel. Macedonici filiū
Creticū & alterum. XL. Balearicum adpellauit. XLI. Cypricū per Catonem Aerariū
Ro. plus quam ullus alius triumphus, sine armis ditauit. Aphrica, & Asia cū magna Eus-
ropæ portione ditioris Romanæ factis, in ea ferociss. Septentrionis gentes expugnandæ
restabant, Bellum itaq; XLII. ab Heluetijs Gallorum fortiss. Orgentorige Tygurino
Galliæ imperium ambiente, in centore, tum Diuico Duce, qui ne ulla spes esset reditus,
pagos exusserant suos 156800. cæde, & 130000. deditione, coeptum, Galliā totam Vercin
gentorige D. Germaniā, Ariouisto, Galliæ occupatore Rege, atq; Britanniam Cassiue
lano D. 10. annorum uarijs & ingentibus terra, mariq; cladibus, plus 2000000. hostium strā
ge Romanis, C. Iulio Cæs. triumphatore, uiro ingenio pariter & armis nobili, subegit.
Anno Urb. 702. Cæs. cum Gallis bellante, bellum XLIII. Parthicum Orode Rege M.
Crassi, ut ditissimi ita auarissimi Consul is auaritiā, & Dijs & hominibus odiosā, ruptū
fœdus, tum Hierosolymitani templi, à Pompeio intactā prædam, filij & xi. legionum ias-
ctura, capiteque suo hausti auri ludibrio adfecto multauit. Hinc sub Octauio, cum eadem
gente, quæ Babyloniam & Mesopotamiam Syris ademptam tenebat, pro Syria pugnans.
M. Antonius, primo legatam Cascam cum Syria perdidit. Secundo, Ventidium legatū,
Pachori Regis, atq; Labieni Pompeiarum partium Ducis, cum 20000. cæde, recuperataq;
Syria, felicem, infelicis Crassi, uindictam recepit, hac uictoria elatus, Ipse ad tertium, dum
ammisiss. 13. legionibus in retentam Syriā fuga euasit, uicisse gloriatus est. Vera autem
gloria, felicitati tum cessit Augusti, dum aspera hæc gens, non armis, sed fortuna Princi-
pis uicta, redditis sponte falcibus, & signis Romanis ducibus ademptis, fœdus im-
petrauit.

Athenæ capte

Pompei tria
umphus.Heluetiorum
successus.M. Crassi
M. Ant. suc-
cessus.

d * Romanæ

ROMANAE MONARCHIAE INITIVM. POM

peij. Cæf. & Octavij successus. Ex Flor. Appiano, & Plutarch.

Imperij tri
pertio.ROMANAE MONAR=
chie Cons. & Ami.

S. P. Q. R.

Pompeij in=
terius.

1. POMPEIVS M.

20.

2. C. Iulius Cæf.

5.

3. C. Octavius.

21.

Summa annorum ab homine con
dito ad Christum.

3958.

Cæfaris cum
23. vulneri=
bus interius.

noribus perpetuæ Dictaturæ titulo,
Monarchia iam nū cœpta parum feli
citer accumulauit, quando scilicet il
lud omne 60000. ciuium, hostium ue
ro 1192000. cruore quæsitum, à colle
gis in Curia 23. uulneribus interfe
ctus, ammisit. Sic ille, qui terrarū orbē ciuili sanguine impleuerat, ipse nunc suo sanguine imple



imple

Sianum Imperium Roma
ne ditionis Imperatore Pō
peio factum, id cum opib
us suis, sua quoq; uitia lu
xuriam, auaritiā & super

biam, & ex hīs discordiam Romā trā
stulit. Quibus & ipsa tandem, alieno
principi, uix suo nomine, capta, resti
tuit pene omnia. Porro cum iam Ro
mana maiestas uniuerso in orbe polle
ret, & tanta foret, ut nullis externis ui
ribus extingui posset, inuidens prin

cipi gentium populo fortuna, illum ipsum in suæ libertatis
armauit exitium, nimiaq; tum foelicitate rerum Dominis
in æmulationem deductis, dum Crassus auarus opes augere.
Cæsar gloriæ cupidus dignitatē cōparare. Pompeius aut Ma
gnus, utrumq; retinere contendit, omnibus uero pariter po
tentia cupidus, in uasa Re. Pub. de imperij diuisione facile cō
uenit. Qua Crasso sortita in Asia, Parthico auro satiato, Im
perijq; tum summa duobus relicta, dum illorum neuter æqua
lem, ac minime superiorem ferre sibi posse uideretur, tanquā
duos tanti imperij fortuna non caperet, uniuersis imperij ui
ribus præter, nec pauciora exterarum auxilia gentium, plus
quam 300000. Ciuiū, sociorumq; armis in sese concitatis, in
genti ad Pharsalū strage Pompeio uictorū uictore deuicto,
perq; triumphatum à se mare lacera nane fugato, tum seruati
olim à se non inulta Ptholomei regis prodicione, à uili manci
pio clarissimo pacis, belliq; Principe coram filio Sex. Pom. &
uxore Cornelia, in Cyprum postea fuga receptis, truncato,
Socer Cæsar uictor, omnē uicti generi gloriam, quinq; sci
licet Gallico, Aegypto, Pontico, Aphrico, et Hispanico
triumphis, Imperiū & urbem in se multis, magnisq; cum ho

impleuerat, ipse nunc suo sanguine ciuium impleuit curiam. Sic item illi domito ab se terrarum orbi, tanquam nullo iam externo superstiti uindice, domestica manu misere caesi poenas dedere. Hanc autem cedem, tametsi patria libertas excusaret, ac Bruti quondam factum, simili quidem sorte, sed exitu dissimili Brutos, & Cassium in eandem cum eo. coniuratis irritarit. Fortuna tamen obstitit nil, quin totius Imper. Ro. Principatus Caio Octauio Cæs. hæredi cesserit. Nam postquam res populi Ro. in unum Cæsarem coacta fuit eo miseranda nece dijs adnumerato, hinc libertatis, hinc illius atq; Pompei uindicta totum simul imperij corpus terra, mariq; subito rursus disturbauit. Qua dum fortuna Cæsariæ nas inclinasset ad partes. Octauius Cæsaris ex sorore nepos, & adoptiõe filius annu natus *Octauij successus.* duo deuigesimum Hirtio & Pansa Coss. dolo peremptis, præter legem Consul creatu, ut quod solus differet, trium potentia in unum relegaret. Triumuiratum plus Sylla tyrannicum, cum potente M. Antonio, diuitemq; Lepido citra Senatusconsultum, inijt. Qua mox omnium sæuissima ciuium, ac etiamnum primorū fœmina, matronarumq; sine ullo sanguinis, amicitiaue respectu, nempe 300. Senatorum 2000. equestris ordinis. fœminarum locupletiorum 1400. Ciuium intra & extra urbem potentiorum 100000. proscriptio, direptio, atq; cædes est insecuta, ac bella ciuilia quinque confecta, Quibus cum maximo ciuium, sociorumq; cruore sunt extincti, Bruti duo. Cassius, eloquentiæ princeps Cicero, Sex. Pompeius, Lepidus, Atq; postremum M. Antonius animo uariis & superbus, cum luxuriosa & ambitiosa Cleopatra, quæ fratre Pto. & Arsinoë sorore M. Ant. & Cleopatrarū occisis, *M. Antio. & Cleopatrarū in teritis* Aegyptum regebat. Cui ille repudiata Cæs. sorore Octauia, se Regem iunxerat, Imperiū Ro. libidinis precium daturum, ad Actium à Cæs. classe deuictus, atq; tum Alexandriæ, *Mulierum facinus.* Idē suis cessantibus illecebris, ne triumpharetur, faciente Regina, suapte manu præparatum in Mausæolum est illatus. Hinc Aegyptum nobilem, iam Ro. armis subactam, quæ sola hæcenus ex Alex. M. Imperio inuicta manserat, anno Lagidarum regni 295. & Imperij sui cum Anto. gesti 12. Cor. Gallo præsidi, in prouinciā redegit Octauius. Qui tum sopitis iam ciuilibus bellis, humanioribus quoq; populis per omnes terras pacatis solus triumphator, terno, Illyrico scilicet, Actiaco, & Alexandrino triumpho, & Augusti nomine insignitus, arma in efferatiores gentes conuertit. Quibus in septentrione Germaniam, quam procul inspexisse satis fuit priuigno, Cl. Druso, ex ea uictoria, post mortem, Germanico duce ita uicit, ut libidinoso Quintilio Varo cum tribus legionibus cæso, Imperium, quod Oceanum attigerat, intra Renum, Danubiumq; flumina terminaretur. Pugna gentisq; ferociam, ferociss. nec insolitum, mulierum facinus, quæ deficientibus telis infantes suos humo collisos, in hostium ora cōtorserant, indicauit. Varum superatis uindictis, Noricis, Rhetijs, cæterisq; Alpini populis, uindicauit Drusi frater Tiberius. Tū Cæsar Sueuorum, Cymbrorumq; deditorum portionem in Belgas & Reni confinia transtulit. Pannoniā, Mysiam, atq; Dalmatiam per Vibium prouincias fecit. In Meridie per Cossū Musalamos, & Getulos. Per Turmum Marmaridas, atq; Garamantas cōpescuit. In Oriente Armeniā à Parthis, duobus amissis nepotibus, recepit. Vltimū bellū. In Occidente, Hispaniā ultimis Cantabris, & Asturibus subactis, prouinciā legibus quietiorem, mitioremq; reddidit. Hjs tantis uictorijs Orbis Imperium adeptus Po. Ro. Is perinde ac si eum uictorijs assuetum, perpetuo uincere oporteret, nec ulla iamnum externa subesset uictoria, sese ipse bellis dissentionibusq; fatigatus, uicit, atque pacatam in Monarchiam feliciss. Principi redegit. Postquam igitur, secundum Sex. Ruffi. computum, Roma fuit, à primis Cos. Iunio Bruto, & Valerio publicola, usque ad Hircium & Pansam Cos. ab Octauio successore sublatos, Per annos 467. sub 877. demptis extra ordinarijs Consulibus. Sub Decemuiris, anno Urb. 302. creatis, annos 2. Sub Tribunis militū, anno Vr. 310. creatois, años 43. Sine Cons. 45. & sine Magistratibus 4. años hic mos unī scilicet, pro rege, Imperatori, sanctiori nomine Augusto adpellato, parendi, repetitus est, auctore

CATALOGVS ANNORVM

tore Sex. Aur. Victore anno Augusti 13, ab exactis Regibus 482. & ab Urb. Con. 722. Imperij autem Ro. magnitudinem hijs definit Strabo. li. 17. Cum tres sint continentes, Europam fere totam habent Romani, præter eas partes, quæ extra Istrum sunt, & præter Paroceanitas, qui intra Rhenum, Tanaimq; habitant. Aphricæ uero ora, quæ nobis aduerso est, tota eis paret, nam reliquum inhabitabilis est, uel sterilis, uel à pastori-
bus incolitur. Eodem modo & Asiæ ora, quæ ad nos uergit, tota eis subiecta est, nisi quis Acheos, Zygos, & Eniochos in ratione ponat, qui in steri-
libus locis latrocinantur, & pastorem uitam agunt. Mediterra-
neæ regionis partem Ro. habent, partem Parthi & Bar-
bari. Qui ultra hos sunt, Orientem & Septen-
trionem uersus Indi Bactrij & Scythæ, de
hinc Arabes, & Aethyopes, ac sem-
per eis aliquid additur.

CHRISTI

filium
illi do-
& reg-
doqu-
te, & u-
filius
menfi-
uerbu-
disce-
mum
Maria-
ter m-
mei a-
Et ait
suam.
Chris-
tum h-
cund-
Abra-
succe-
M

CHRISTI IESV INCARNATIO ET STIRPS.

Ex Matthæo, & Luca.

N diebus Herodis Regis Iudææ, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ Nazareth nomine, ad uirginē Mariam desponsatam uiro Ioseph de domo Dauid. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Illi uero turbata, ait Angelus, Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, ac uocabis nomen eius Iesum, is erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris ipsius, & regnabit super domum Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quandoquidem uirum non cognosco. Respondit ei Angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, qua propter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Atq; ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ dicebatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria, abiit in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zacchariæ sacerdotis, ac salutauit Elizabeth, & factum est ut audiuit salutationem Mariæ, salijt infans in utero, & repleta spiritu sancto, exclamauit, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. Et beata, quæ credidit, quoniam perficiuntur ea, quæ dicta sunt ei à Domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominū. Maria autem postquam reuersa est in domū suam, Elizabeth peperit Ioannem inter natos mulierū maximū. Seruatoris Dei nostri Iesu Christi præcursores angelū. Hinc & ipsa illa intemerata uirgo Maria 3959 annos expectatum humani generis redemptorem, Iacob stellam, Mundi lucem feliciter est enixa, hac secundum carnem propagine. Deus fecit Adam omnium parentem. Ex eo Noe decimus Abrahā xix. Iacob xxi. Iudas xxxij. Dauid xxxij. Zorobabel xlvij. ex hoc continua stirpe successere. Abiut, Eliakim, Azor, Zadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Mathā, Iacob, Ioseph, Mariæ maritus, de qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Sunt quibus placet Euan gelistā Lucā retrocedēdo Mariæ beatissimæ matris Domini paternā propaga tionem texuisse. Quæ scilicet fuerit filia Elyh, qui Ioachim, Mattat, Leui, Melchi, Ianne, ultimus in Catalogo Ducum Iuda à Phi lone positus, à quo in Deum retroceditur.

Iohannis na
tiuitas.Genealogia
Christi.

Audite domus Dauid, nun
quid parum uobis est mole
stos esse hominibus, quia
molesti estis et Deo meo.
Propter hoc dabit domi
nus ipse uobis signū. Ecce
Virgo concipiet et pariet
filiū, et uocabitur nomen
eius Emanuel, butyrū &
mel comedet, ut sciat re
probare malū, et eligere
bonum. Esa. 7.

In secum.

IN SECVNDAM PARTEM CATALOGI

annorum & principum uice proœmum exhortatorium.

o Mn̄is anima, omni humanæ creaturæ propter Deum subiecta sit. Siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab missis. Non enim est potestas nisi à Deo, quæ uero sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistit, sibi ipsis iudicium accipient. Nam principes non sunt terrori bene agentibus, sed male. Vis autē non timere potestatem, quod bonum est facito, & feres laudem ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum, quod si feceris id, quod malum est, time. Non enim frustra gladium gestat. Nam Dei minister est, ultor ad iram, ei qui malum fecerit. Quapropter omnibus esse subditos, non solum propter iram, uerum etiam propter conscientiam. Propter hoc ergo & uectigalia soluitis, siquidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus, quod debetur, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi hoc inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit, Dilectio proximo malum nō operatur. itaq; cōsumatio legis est dilectio. Famuli subditi sint cum timore Dominis, nō solum bonis & humanis, uerum etiam prauis. Nam hæc est gratia, si quis propter conscientiam Dei suffert molestias, præter meritum affectus, malis obedite dominis cū timore & tremore, cum simplicitate cordis uestri tanquam Christo, non ad oculum timentes, uelut hominibus placere studentes, sed tanquā serui Christi, facientes, quæ uult Deus, ex animo cū beneuolentia seruientes Domino, Et non hominibus, illud scientes, quod unusquisq; quod fecerit boni, duplo reportabit à Deo, siue seruus fuerit, siue liber.

Et uos Domini eadem facite erga illos, quod iustum est, & æquum eis præstate, scientes quod & uester ipsoꝝ Dominus est in cœlis, nec est personæ respectus apud illum. Omnis honorem impendite, Fraternitatem diligite, Deum time, Regem, & maxime in doctrina præsidentes, ac seniores duplici honore colite.

Primoge



Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succiduntur, & sublimēs humiliabuntur, & subuertentur cōdēsa salus eius ferro, & Lybanus cum excelsis cadet. Et egredietur Virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eū spiritus domini, spiritus sapientiæ. Intellectus. Consilij fortissimis scientiæ & pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum uisitationem oculorum iudicabit, neq; secundū auditum aurium arguet, sed iudicat in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terra. Et percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet imperiū. Et eris iustitia cingulum lumborum eius, Et fides cinctorium renū eius. Esa. 7.

SECVNDATA CATALOGI PARS A CHRISTO

nato in Paulum tertium. Ro. Papatus, Et à xliij. Octauij Anno in Carolū. v.
Romane Monarchiæ successionem continet.

PRIMOGENITI VNIVERSA CREATVRÆ

Iesu Christi successus, Ex Euangelio.



N IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, ET VERBVM ERAT APVD

Deū, & Deus erat illud uerbū, hoc erat in principio apud Deū, Omnia per ip-
sum facta sunt, & sine eo factū est nihil, Quod factū est, in ipso uita erat, & uita

erat lux hominū, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eā nō comprāhenderunt.

Erat homo missus à Deo, cui nomen Ioannes, hic uenit ad testificandū, ut testa-
ret de luce, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux illa, sed missus erat, ut testaret
de luce. Erat lux illa, lux uera, quæ illuminat omnem hominem ueniētem in mundum. In
mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eū nō cognouit. In sua uenit, & sui
eum non receperunt. Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestatem, ut liceret eis
filios Dei fieri, uidelicet, hijs qui credidissent in nomen ipsius. Qui non ex sanguinibus,
neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum illud ca-
ro factum est, & habitauit in nobis, & cōspeximus gloriā eius, gloriā uelut unigeniti
à Patre. Plenum gratia & ueritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiā
pro gratia. Quia lex per Mosem data est, Gratia & ueritas per Iesum Christum est exorta.
Sic enim Deus dilexit mūdum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in
eum non pereat, sed habeat uitam aeternam. Qui credit in eum non condemnatur. Qui ue-
ro non credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filij Dei. Qui est

e ille Iesus

Aeterna Christi
generatio.

Ille Iesus Nazarenus Rex Iudæorū. Et Monarcha Christianorum unus cum patre & spiri-
tu sancto æternus Deus, & omnium omnipotens dominus, à Patre Deo in æternitate ge-
nitus, & in temporis plenitudine, ex illibata uirgine Maria, Iose Davidicæ stirpis uiro de-
spōsata, sancti spiritus opere caro factus, uerus Deus, & homo, iuxta sacratiss. uatū oracula
Testamentum nouum super Israhel consumaturus, ouemq; perditā, & ammissam suæ ima-
ginis drachmā cruore suo redempturus, Anno Cæs. Octauij 42. Herodis M. 32. à Iuda
Machabeo 161. Zorobabele 516. à desolatione 586. à Dauid 1070. à Mose 1586. ab Abrahā
2011. ab Aqs 2303. ab Adā 3959. Cyrenio Syriæ præfecto censum Augusti iussu conscriben-
te, in Bethlehem ciuitate Dauid natus, atq; subinde mox Angelorū glorificatiōe, Pastorū
agnitiōe, Magorum ueneratione, Sancti Simeonis oraculo, Doctōrumq; stupore celebra-
tus ab anno uitæ 12. & deinceps ætate, sapientia, Gratia item & apud Deū, & Homines au-
ctus, Anno Tyberij Cæs. 15. à Ioanne baptista in Iordane baptizatus, suis in exemplum, at
que peregit omnia, leiunijs carne, oratione diabolo, & humilitate mundo superatis, Dani-
elis hebdomadibus iā impletis regnum Dei, nempe, ueram patris Dei cognitionem, atq;
summam illius in humanum genus charitatem, certam in sese filium Dei fidutiā, Salutis
uiam, mutua dilectionē, fidelium præmia, infideliumq; supplicia, cum potenti uerbo, tum ef-
ficaci opere in crucem usq; cōstantiss. ubiq; docuit. Tum ad doctrinæ fideiq; suæ testimoni-
um, elementis tranquillitatem, morbis omnibus sanitatem, mortuis uitam. Viuis obles-
quium, cogitationibus detractionem, peccatis abolitionem, atq; dæmonibus fugam, uel mi-
nimo nutu imperauit. Hinc post uniuersos, citra peccatum, humanæ miserię labores, hisce
uerum sese hominem testatus, perpeßos, postque innumera, quibus uerum se Deū ef-
se comprobauit, humanas superantia uires documēta, factaq; uniuerso palam exhibita in
grato Iudæorum populo, Anno Tyberij Cæs. & eodem Herodis Tetrachæ diuī Baptiste
peremptoris 18. Pōtio Pilato Hyerosolymorum annum iam quintum præside, iudicante,
atq; prædixerat, & in prophetis præscriptum erat, à Iudæorum primoribus, populoq; Sca-
riothe Iuda discipulo prodente, captus, accusatus, derisus, criminatus, flagellatus, spinis co-
ronatus, inter latrones crucifixus, & iam iam consummatas omnibus, terra tremente, so-
leq; præter naturam obtenebrato, mortuus, tum sepultus, inferna soluit, atq; die hinc ter-
tia, peccati, mortis, & inferni uictor, à mortuis gloriose resurrexit. Inde cū suis dies 40. uer-
satus, ætatis suæ anno 33. glorioso cū triumpho ad Patrem, unde uenerat, in cœlos aspici-
entibus, admirantibusq; Gallilæis ascendit. Illic suorum unus mediator, intercessor, & ad-
uocatus ad dextram Dei patris sui sedens, & regnans, in sæculorum cōsumatione futurus
uiuorum, mortuorumq; iudex unicuiq; secundum opera sua reddet, fidelibus quidem ui-
tam, infidelibus uero mortem æternam. Qua maledicti, cum diabolo tyranno suo intur-
bulente confusionis erumna sine fine seruituro, sempiterno fuliginosi ignis horrore, lugē-
tes cruciabunt. Benedicti uero cū Christo Iesu Rege suo in indiuidue Trinitatis lumine,
sine fine regnatura, sempiterna clare lucis felicitate, latantes, beatificabuntur. Bonis tum
& malis segregatis, uniuersoq; tū orbe purgato, atq; pacato. Dominus noster Iesus Chris-
tus solus, & uerus omnipotens totius orbis Monarcha, sicut ab æterno, ita & nunc, & in
æternum imperabit semper. Cui omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum se fle-
ctet, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus sit Iesus Christus ad gloriam Dei pa-
tris. Cui soli gloria in sæcula sæculorum amen.

Papatus

ATQVE PR NCIPVM
PAPATVS ROMANI SVCCESVS.

XXVI.

Ex Platina & alijs.

Tu es sacerdos
in eternū, secun
dū ordinē Mel
chizedech.



ANNI VITAE CHRI
sti Iesu.

33.

PAPATVS ROMANI.
Pontifices, et Anni.



1. PETRVS.

36.

Anni à na
tuitate
Christi.

2. LINUS.

11.

3. CLETUS.

12.

4. CLEMENS.

9.

101.

Esus Christus expleto boni pastoris officio, pecca-
to, morte, inferno, mundiꝝ huius principe per cru-
cem triumphatis, Rex regum ille, Dominantiꝝq;
dominus ad patris dextram, donec inimici scabel-
lum ei fiant, deinceps regnaturus, discipulis suis
ex infima plebe, ut gloria sit Dei, receptis, diuino spiritu ad-
flatis, promissas Euangelicæ gratiæ clauēs tradidit, aperuitq;
illorum mentē, ut intelligerent scripturas, dicens, sic scrip-
tum est, sic oportebat Christum pati, & à mortuis resurgere,
ac prædicari nomine suo poenitentiam, & remissionem pec-
catorum in omnes gentes, initio ab Hierosolymis facta. Vos
autem estis testes horum. Euntes ergo in uniuersum mundū,
prædicate Euangelion omni creaturæ. Qui crediderit, & bap-
tismus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemna-
bitur. Baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti,
docete eos seruare omnia, quæcunq; præcepi uobis. Et ecce
ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consumationem
sæculi. Hij ergo, dum orando dies Pentecostes complessent,
Spiritus sancti igne illustrati, egressi, prædicauerunt ubiq; do-
mino cooperante, & sermonem, per signa subsequētia con-
firmante. Tum Simon Galileus piscator Apostolici ministe-
rij Senior, cui Archipastor à fidei confessione Petri nomen in-
diderat, terque plus amanti pascendum gregem suum com-
mendarat. Ille scilicet, qui paulo ante ad uilis ancillæ uocem,
Magistrum suum abiurauerat, nunc eundem coram stupenti-
bus iudæis, & gentibus alta uoce per scripturas testatus est,
nempe Iesum Nazarenum omnium mirabilium, & uitæ auto-
rem, ab eis crucifixum, à Deo resuscitatum, reiectum ab ædifi-
cantibus lapidem, caput anguli factum. In eo solo salutem esse.
Nec aliud nomē esse sub cælo datum, in quo oporteat sal-
uos fieri. Tum simul adhortatus est eos, delictorū poeniten-
tiam agerent, & baptizarentur in nomine Iesu, in remissionē
peccatorum, & sancti spiritus susceptionem. Eis enim & om-
nibus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit dominus Deus
noster, repromissionem esse factam. Qua mire fidelium per
Dominum aucto indies numero, indignantibus principibus
tum & Saulo, Stephani diaconi protomartyrio, uel maxi-
me Christi uocatione à persecutione in obsequium tracto. Il-
le ex Herodis Regis, qui Iacobum domini fratrem trucidar-
at, carcere, atq; cathenis, angelo duce solutus, Anthiochena
ecclesia prima Christianorū adpellatione confirmata, Romā,
Romanis testatibus, aŋno Claudij Impe. secundo profectus, in
Vaticano Pontificiā, olim aŋno ab aquis ior. à Noah Iano dedi-
catam restituit Pōtifex ipse primus, uita, doctrina, factisque
clarus, Lino, & Cleto consecratis, atq; clementi pontificatu
commisso,

Simon Petrus
Apostolorum
senior.

Qui Paulus
conuersus.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.Decretorum
Ro. initium.Apostolica
benedictio.

5. Anacletus.

9.

6. Euaristus.

9.

7. Alexander. 1.

Pontificum et
episcoporum
ornatus.

10.

8. Xistus. 1.

10.

9. Teleforus.

11.

10. Hyginus.

Ioannis Apo-
stoli & Sime-
onis Episcopi
mors.

2.

11. Pius 1.

11.

cōmisso, Nerone Christianos primū persequente, anno Pon-
tificatus sui 25. miranda nullo successore hunc regni numerū
attigisse, sicut nec imperatorum ullum Augusti imperium
equasse, cum Paulo Tarsensi, diuinitus electo uase, doctore cū
gentium, tum Romanorum maximo, gladio cesso, crucifixus,
ad crucifixum Magistrum, & dominum suum gloriose migra-
uit. Hunc dominicam orationem missā à Iacobo, ut dicitur,
institutā, iunxisse, Et quadragenarium ieiunium indixisse
forsan uel ideo fertur. Quatenus ueluti Euangelio non satis
præcipiente, mox primi pontificis exemplo, successoribus,
uel in deuotis, uel indoctis, quandoquidem iubere uel cuili-
bet facile, docere uero non item ad onus importabile liberis,
Christianis, Euangelio æquiparanda, liceat imponere decre-
ta. Vnde successor illis à Saturnio Cos, cui filiā à dæmone ue-
xatam, curauerat obtruncatus Tuscus linus, ne absq; decres-
to cederet. Nudis capite fœminis Ecclesia interdixit. Hic,
atq; deinceps, qui Cæsariensem Eusebium Ro. Pon. scriptori-
bus conciliare nouit, faciat. Cletus Ro, Apostolicam benedi-
ctionem salutationis uice literis, & populis offerre cepit. Des-
functorum sanctorum uisitationibus adprobat, Ro. petri et
Pauli uisitationem duorum annorum ieiunio prætulit, cuius
impeditores censura notauit. Clemens I. Ro. successor à bea-
to Petro declaratus, alios, ambitionis exempli, substituendiq;
iuris declinatione, præmisit. Protonotarios Martyrum ad
notandis gestis instituit. Baptizatos cito Chrismate confir-
mari mādauit Episcopo. Et, quod mirum fuerit, si sanctus hic
abolitum per humillimum Christum superbum Aaronē res-
titui cogitarit. Sacerdotes sacris paludamentis, Episcopos in
fula, pastoralis pedo, Sādalijs & Chirothecis, Archiepiscopos
pallio. Pontificem Cardi. & Legatos Crucis uexillo ad cōcio-
nis, & missæ sacra uestiri, eminentioreq; Cathedra sublimari
Nauclero teste, decreuit. Et item neglectum à Christo mūdū
reduci, si tale quid itē de istius ætatis sanctis, ab omni prorsus
mundi pompa alieniss. quin potius recentiorum mundanoꝝ
decretorum sub ueterum sanctorū nomine prætextū esse ue-
lamen, credi potest. Atheniensis Anacletus ingressus, dioce-
sanis sedibus institutis, Ro. Petri sedem omnibus decreto su-
perposuit. Clericos à Laicis discretos, uenerari præcepit, & ad
missam non communicantes, excommunicauit. Eo Pontifice
Ioannes Apostolus nonagenarius migravit ad dominū. Et Si-
meon Consobrinus domini. Iacobi fratris domini in Hieroso-
lymorū Episcopatu successor, annos natus 120. Martyr Chri-
sti factus est. Ad huius usq; decessum, Egesippo teste, Eccle-
sia munda, & incontaminata permanfit uirgo, corruptoribus
ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus, aut nusquam extan-
tibus, aut delitescantibus. Vbi uero Apostolorum chorus, &
omnis illa ætas, quæ à Domino uiuæ uocis auditum suscep-
erat, ex hac luce decessit, tum uelut uacuam in domū falsæ
doctrinæ

PAPATVS ROMANI.
Pontifices & anni.

12. Anicetus.

11.

13. Sother.

9.

12. Euletherius.

15.

15. Victor 1.

10.

16. Seuerinus.

8.

17. Calixtus 1.

6.

doctrinæ impius error se inmerfit, tanquam ubi nullus diuini census defensor existeret. nudato, ut aiunt, capite, corripiens arma mendatij, oppugnare Apostolicam ueritatem nititur. Sed istud bellum intrinsecus gerebatur, Persecutorum autem extrinsecus urgebat Ecclesiâ, dum immensæ cateruæ martyrum quotidie iugularentur. Hæc ille. Euaristus Iudæus Bethlehemita, Matrimonij publicis benedixit, clandestinis uero interdixit. Plebis aduersus Episcopum adulationes reiecit. Ecclesiarum Urbis titulos distinxit. Alexander 1. Ro. ætate non magnus, sed uicta, doctrinæq; tantus, qua magnam Sæ natus partem Christo conciliauit. Azima consecrauit, Aquâ calici miscuit. Sal, & aquam benedixit. Clericos à Laicis iudicari uetuit. Xistus 1. Ro. altaria construxit. Sanctis in missa dixit. A mulieribus attingi sacra noluit. Gallos per sanctum Romanum in fide continuit. Talephorus Græcus. Natali Christi nocte ter, & alias inter meridiem, atq; solis exortum semel tantum, adiecto Angelico hymno. Gloria in excelsis, & Euangelica lectione Missam agi concessit. Septuagenarium, quadragenarium factum, ante pascha ieiunium sanxit. Hyginus Gr. Clerum in ordinem digessit. Tempa consecrauit. Patrum, & matrinam baptismo, & confirmationi adhibuit. Pius 1. Aquilegiensis, Ecclesiasticam libertatem asserendo, sacrilegos damnauit. Virginem non nisi 25. annis maiorem sacro uelo in Epiphaniæ solennitate donauit. Pascha Dominico die celebrauit. Nouati thermas diuæ Pudencianæ dedicauit. Anicetus, Syrus diuino, doctoq; Polycarpo hospite letus, Cauit, à paucioribus, quam tribus ne consecraretur Episcopus. Neue nutriat comam, sed barbam, atque coronam radat Clericus. Sother fundanus Communionem Dominicam in diem ætæ dominicæ cenæ fidelibus ordinauit. Adeu de Ro. Ecclesiæ institutis in hæc uerba scripsit Corinthi Episcopus Dionysius. A principio moris est uobis, fratres omnes uarijs iuuare beneficijs, multisq; ecclesijs, quæ sunt per diuersa terrarum loca, cuncta, quibus indigent, destinare, singulorum quoq; necessitates in omnibus consolari, sed & per metella fratribus relegatis, quæ usus poscit præbere. Hæc ab initio Ro. Ecclesiæ facere moris fuit, à patribus huiusmodi institutionem dimissa, & semper integra custodita. O Dionisi, tu nunc, si hic sis, aliter senties. Exigit Roma, uel quibuslibet modis, nunc ab omnibus expendit, quo dicere pudet. Euletherius Gr. in absentem aduersatum nil diffiniri. Nec nisi legitime conuictum dignitate priuari, sane decreuit. Eo Pont, Asia uniuersa, in Gallia Lugdunum, & Vienna martyrum suffusa cruore. Inde uero Christianis aliquantisper à persecutione quiescentibus, illud stridium, non pauci Romanor, Item & Britones, Lutio rege, Christum susceperunt. Qua per tantillum id quietis, externis intemperatibus datum, aucto mirum nomine Christiano, iniquius, scilicet, intestinum persecutionis genus excitarunt pra-

Decreta Pontificum

e uorum

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.Hereticorum
persecutio.

13. Urbanus 1.

5.

Arthemonio
rum heresis.

19. Pontianus.

6.

20. Antherus.

3.

21. Fabianus.

12.

22. Cornelius.

2.

Vrsulae per-
secutio.

23. Lucius 1.

3.

24. Stephanus 1.

7.

25. Xystus ij.

3.

De sacratis
vestibus.

uorum dogmatum heretici. Quorum præcipui Martion maioris creatore dei fictor, à beato Polycarpo Smyrneorum Episcopo Satanæ primogenitus in faciem Romæ compellatus, Tatianus scripturæ, Moſis, Reſurrectionis, nuptiarum, carni um, & uini damnator. Eleutherio, nullum uſualis uictus genus reiſci, decernente, Montanus item, durante dum in ecclesia prophetica Sancti Spiritus gratia, paracletum ſeſe dicens, nuptias ſoluit, ieiuniorum leges, oblationes, & ad mercedem prædicatores inſtituit. Victor 1. Apher, primus in externos autoritate præſumpta, uel ſancto Ireno Lugdunenſi Episcopo, Polycarpi auditore, Romanos eccleſiaſtica regulæ corruptionis arguente, reclamante, Polycratem Senem, Chriſti doctiſſ. Ephęſiorum Episcopum, cum Aſianis Episcopis doctiſſ. imo Aſiam, celebrandi ob Paſcatis diſcrimen, à Ro. eccleſia, anathemate prolato, perpetuo alienauit. Paſca, à ludæorum obſeruantia diſcretum, in Dominicam diem ſtatuens, & in eandem omnibus pubertatem egreſſis, ſacram communionem, per Chriſtum liberam, præcepto ſubiecit. Seuerinus Ro. quo Pont. Artemonitæ, diuinas corrupentes, ac derelinquentes ſcripturas, Euclidem, Ariſtotelem, Theophrastum atq; Galenum colentes, ſcepticorum more, in queſtiones omnia poſuerunt, & quid aliud à noſtræ tempeſtatis ſophiſta theologiſ eſt admiſſum. Calixtus 1. Ro. Ad finitatem coniunctis, item & ſacerdotibus interdixit matrimonio. Quatuor anni cardinum ieiunium ſanxit, & primus cœmeterium dedicauit. Urbanus primus R. templi uafa, aurea, argentea, ſtanneaue fieri uoluit. Prædia, fundos, cœteraq; eccleſiæ dona, hac lege recipi ſtatuuit, ut nulli quicquam priuatum eſſet, ſed in commune clericis diſtribuerentur ad neceſſitatē ſingulis ſingula. Pontiano Ro. diu, noctuq; pſallente, & miſſe confeſſionem præmittente, in exilio deſuncto, Cyriacum ſucceſſiſſe, atq; relicto Pon. eamq; ob rem à Pont. numero excluſum, diuæ Vſulæ ſocietate martyriū ad Coloniam pertuliſſe, temporum, factiq; ratio uix admittet. Antherus Gre. ex Episcopo Pontificem fieri, atq; huius ſolius autoritate Episcopos transferri mandauit. Fabianus Ro. Clericorum oſenſores excommunicauit. Eſſe ſimul actorem, & iudicem uent. Reum non niſi idoneis teſtibus fieri, factum autem, nō niſi publico in loco damnari ſtatuuit. Et, ad Ro. ſedem adpellati, locum dedit. Infra quintum gradum agnatis connubium negauit. Origenem probauit. Nouatum lapſis ueniam negantem ſciſmaticum 60. Episcoporum Con. damnauit. Cornelius Ro. Clericos ſola fidei cauſa iurare permiſit. In abſentem acta reiecit. Lucius 1. Ro. Episcopo, quem xxx. annis minorem repudiauit, honeſtatis comites adhibuit ſacerdotes & Diaconos. Stephanus 1. Ro. Sacratſ ueſtibus abuti noluit. Pro Dionyſio Alexan. contra Cyprianum Carthaginenſe Rebaptiſtas execrauit. Xyſtus ij. Gr. doctus, miſſæ altarſ Orientem

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.

26. Dionysius.

6.

27. Felix 1.

5.

28. Euthitianus.

1.

29. Gaius.

11.

30. Marcellinus.

9.

31. Marcellus.

5.

32. Eusebius.

6.

33. Melchiades.

2.

Orientem spectantia consecrauit. Canonem clam legi, & sanctus alte cani iussit: Martyrium subiturus, Ecclesie thesauros per Sanctum Laurentium Leuitam suum, non, ueluti posteri cognatis, sed Christi pauperibus erogauit. Dionysius ex Monachis primus, Episcopatus, Parochias, & Ecclesias, ut sua quisque contentus esset, intra, & extra urbem determinauit. *Ecclesiarum determinatio*
Felix 1. Ro. ut, nemo rem diuinam, nisi consecratus, faciat, nec alibi, quam sacro in loco, utque Martyrum, & Ecclesiarum dedicationis dies festus agatur, mandauit. Sub eo Manes Persa. Manicheorum induxit sectam. Euthitianus Tuscus. Fructus benedixit. 300. Martyres sepeliuit. Gaius Dalmata. Diocletiano cognatus. Ordines sacros gradibus distinxit. Marcellinus Ro. Idololitici sacrificij per metum commisi, poenitentia ductus, a nemine hominum danabilis se danauit, et martyrio obtulit. *Cardinales instituti.*
Marcellus R. institutis 25. Cardinalium titulis, Concilium absque Ro. Pont. autoritate irritum esse dixit. In Cacabulum, ad Christianorum despectum, clausus, foetore terreno coelestem adiit fragrorem. Eusebius Gre. Medicus, Episcopum a prophanis in ius trahi noluit. Infames & sortilegos a testimonio ferendo reiecit. Virginibus despolatis, religionis ingressu, sponsionem soluit. Eo Pont. omnium atrocissimo in Christianos, Diocletianorum Principum edicto, iusto, ut Caesariensis Eusebius testatur, Dei iudicio, & necessaria correptione, ob sacerdotum, praecipue Episcoporum, iniquitates, odia, contentiones, ambitionem atque superbiam, illato, res Christianorum in tantam angustiam est coartata, ut omni humana ope desperata, sola miserentis Dei fuerit, iuxta Christi promissa, seruata, atque restituta. Versis nempe in impios diuinam iram gladijs, intemperate, fame, ferro, peste adeo, ut Ethnici pia Christianorum auxilia implorarent, utque carnifices ipsi nimiae crudelitatis, quae per uniuersum Ro. imperium innumera infantium milia, citra ullius humanae conditionis discrimen, indies per annos 19. inexplicabilibus tormentis macabantur, terrefacti, edictum suum primo mitigarent, Christianos, inquam, non occidendos, sed ignominia notatos, ac mutilatos, publicas ad operas relegandos esse, atque postea abrogarent. O Christus! quid nostri omnium malorum impudentes non merentur, & expectant dies? Melchiades Apher, neminem ante legitimam probationem damnari permisit. Solis, atque Iouis dies a ieiunio rescidit. *De iudicijs Ieiunio.*
Mitigata hac tempestas, si ullum decretis reliquerit locum. Sed memoratu dignum, Pontifices omnis, uno Eleutherio decepto, ad Syluestrum usque, martyrio licet ablatis, Imperatores tamen eorum occisores, uita uel superasse, uel equasse. Nec non & Christianorum numerum sanguinis feruore creuisse, deinde autem adepta pace, superatos fuisse, numerumque sanguinis algore declinasse, praeterea Christianam rem non tam a Tyrannis, & haereticis, quam ab avaris, & ambitiosis infestata esse. Quod terrenis ad crescentibus, coelestia decrescant, atque conueniat Christo cum mundo nihil.

c + Monar.

CATALOGVS ANNORVM
MONARCHIAE IIII. ROMANAE SVC
cessus, Ex uarijs autoribus.



Totius orbis
pax.

Imperij aug-
menta.

Aius Octavius Caesar Materno Caesaris, quam patris Octauij Senatoris, gene-
re nobilior. Imo nisi miris, atq; praesingularibus naturae, ingenij, uel maxime
fortuna donis praeditus fuisset, tantum imperium aut nunquam contrahere,
aut tam diu retinere potuisset, quod certe non minus sua prudentia, nominisq;
magnitudine, quam ui, & armis obtinuit. Sed & laceratum intestinis dissensionibus
imperium nuncq; coire, consentireq; ualuisse, nisi unius, & illius, non cuiuslibet, sed
optimi simul, atq; sapientiss. praesidis nutu, quasi anima, meateq; una in ordinem redactum
foret. Omnibus porro ad Occasum, & Meridiem, ad Septentrionem uero duntaxat inter
Rhenum, atq; Danubium, & Orientem intra Eurum, & Euphratem, Nilumque pacatis
gentibus. Reliquas imperij immunes, eius tamen maiestatem reueritas, uel admiras-
tas, aut in amicitiam, aut in foedera postulata suscepit. Seres namq; & Indi nunc primū Ro-
manis auditi splendidiss. muneribus, laboriosa quadriennij uia. Scythae item, & Sarmatae
per legatos amicitiam, Parthi autem Romanorum Aquilis, fascibusq; relatis, foedera im-
petrarunt. Sic, qualis ante fuerat inaudita, totius orbis tunc pace constituta, Ianum tertio
à Numa clausit. Vniuersus ergo terrarum ambitus armis pene iam exanimatus, humano-
que cruore expiatus, uel omnium primum, omnis & imperij, & pacis nempe Iesu Christi
Principis ortus, Augustum illi principatum, pacemq; dedit adoptatam. Qua deinceps
res Romana in unius Monarchae potestatem libere cessit, seq; data fide submisit. Tanti ue-
ro Principatus fastigium nato Seruatori tribuisse congruit, Siquidem huic ille gloriosius
accessit nihil. Is est annus Octauij 42. Ab Alex. M. 325. à Cyro M. 516. à Nino M. 2054.
à Bruto primo Cos. 511. à Romulo Rege 751. à Roma 1623. à Comero primo Italiae Rege
2162. ab habitata Italia 2195. Salutat autem Augustus, adpellatione domini refutata,
Patriae pater, & perpetuus Dictator, nuncupatus, Optimi status author, ad pacis studia
conuersus, Urbem luxuria dissolutam, saeueris coercuit legibus, & lateritiam illam,
marmoream reddidit. Ipse tandem dubia inter uirtutes & uitia, felicitatem, & infelicitas-
te sorte, imperium maiore fortuna, quam animo, sed maximo labore cōparatum, anno uite
76. adulterę coniugis Liiuę toxico, Tiberio priuigno adoptato, dijs adnumeratus finiuit.

Accessit.

MONARCHIAE IIII. ROMANAE, SVC

cessus, Ex uarijs autoribus.

Accesserunt imperio, autore Ruffo, uaria per 400. annos Romanorum Imperatorum fortuna. Alpes maritimæ, Gothiæ, Rhetiæ, Noricæ, Pannonia utraq; , Mysia, & omnis ora Danubijs, Põtus, Armenia minor, Oriens totus, Mesopotamia, Arabia, Asia, & Aegyptus Eiusdẽ copias extitisse scribit Appianus, scilicet peditũ 200000. equitũ 40000. elephantũ, 300. Currum 2000. armorũ in supplementũ 300000. Maritimam uero minorũ nauũ 2000. trirẽmium a secuplis in quinq; remes 1500. classẽ. Instrumentorũ naualiũ bis totidẽ nauũ ad pompam ornatorũ 80. Pecuniarum in thesauris Aegyptiorum talentorum 740000.

Imperij terre
sires atq; ma
ritime copie

IMPERII ROMANI
Imperatores & anni.



1. OCTAVI. AVG.

15.

2. Tiberius.

23.

3. C. Caligula.

2.

2. Claudius.

12.

5. Nero

12.

6. Galba

7. Otto

8. Vitellius.

1.

9. Vespasianus.

10.

10. Titus

2.

11 Domitianus.

16.

12. Nerua.

1.

100.

Imperio itaq; Romano, tum sapiẽtia, tũ uirtute ad summũ culmen euecto, illud ipsũ assiduo labore quãsitum, Imperatorum ignauia consenscens, quam etsi nonnunquam respirasset, uires sensim ammittere capĩt, adeo, ut nostra rebellĩ tẽ pestate, Illi, cui summa rerum debetur, nomẽ integrũ uiuĩ maneat. Imperator nuncupetur, & Romanus cui nihil minus quam imperare, Romamq; uel intueri liberum sit. Tiberius Germanica cum Drusũ fratre uictoria, & matris opera Octauiũ uirico subrogatus, dissimulantis ingenij uir, eloquentia grauis, & in exigendo ita moderatus. ut censum augere suasdenti, responderet, gregem tondi, non expilari licere. Pilato referente, Christum inter deos dũ colĩ, Christianos, eorumq; dogma feruari uellet. Senatus in suam necem restitit, ueneficus ipse, ueneno se ipse anno uitæ 80. peremit. Eius tum nepote Caio Caligula Imperatore literato quidẽ, sed literatis in festo, crudeli, uenefico, auaro, incestuoso, atq; blasphemio, a satellitibus suis anno ætatis suæ 25. cum uxore gemmata, filiaq; 30. uulneribus interfecto. Patruus eius Claudius Imperio suscepto, cum, ne Cæsares una cum Imperio abrogarentur, uix impetrasset, domitis Britannis, & Orchadibus insulis, Iudæis item 30000. azymorum die cæde, pacatis, ac Roma proscipitis, Fucino lacu maxima impensa siccato, ab Agrippina Germanici fratris sui filia, quam, occisa Messalina fœmina impudentiss. uxorem duxerat. Quatenus Illa Neronẽ filium, Cl. generum, & adoptione Britannico filio prælatus, promoueret uenenatis boletis est ablatu. Hoc autem matris scelere imperium adeptus Nero, ex bono, & ad omne artis genus idoneo, quinquennio bene transacto, Cæsarium omnium euasit sceleratissimus. Imperator turpissimus, literatus histrio, eius æmulatione histrionibus Italia expulsis, citharedus, atque sacrilegus magus. Profecto dignissimus, ut, qui contemptis dijs, incensaque patria, patribus, Matri, Præceptorĩ, ac Imperatorum primus, prima persecutiõne mota, Christi sanctis uitam pro luxu rapuerat, suam etiam ipse sibi tolleret, unaque omne Cæsarium genus cum omni eiusdem gloria deleteret. Quod tum factum est, quãdo meritas ad furcas quæsitus, anno uitæ 32. se confodit. Cæsarium igitur Principatu sicuti cædibus auspicato, ita & extincto.

Iudæorum elades.

Cæsaris deleta stirps.

Sergius

CATALOGVS ANNORVM
MONARCHIAE IIII. ROMANAE.

successus.

A Cecinna
Heluetij cæsi.

Auenticum
captum.

Sergius Galba uetustæ nobilitatis senator, iure, bellique peritus, & dux strenuus, annos natus 73. ab Hispanis & Gallis imperator adpellatus, Othonis Syluiorum stirpe quidē nobilis, sed Neroniana conuersatione mollis uiri insidijs est occisus, Et hic tum ab Aulo Vitellio Germanorum, quibus præsidebat, suffragio uictus, se necauit. Quo tumultu, Cecinna prædabundus Vitellianorum dux, alpes in Italiam transiturus, importuna occasione, Heluetios liberos imperij stipendiatos, ex improviso cruenta cæde adfecit, atque maximam captorum multitudinem pecorū more diuendidit. Et Auenticum gentis caput, euerfurus Claudij Cossi precibus, & lachrymis placatus, abstulit. Vitellius autem in omnium nequitiam, sæuitiam, & ingluuiem prolapsus, ubi Vespasianum in Iudæa Neronis iussu bellantem, imperatorem salutare cognouit, Arrepto in Flauianos tumultu, tum eodem Sabino modestiss, Vespa. fratre cū suis Capitolio incenso, cōcremato, à Vespasia. Ducibus 50000. cæde captus, flagris excarnatus, probroque per cœnum in Tyberim tractus, occubuit.

Hinc VESPASIANVS

Flauij Sabini, eius, qui, apud Heluetios fœnus exercuit, & ibidem uitam clausit: Auentico inde, reor, nobilitato filius matre quam patre clarior, factis autem uirtuteque clariss. & solus omnium imperio moderatior effectus, Germanis atque Britannis triginta conflictibus, ac Iudæis edomitis, imperium adeptus, collapsam re publicam reparauit. De Hierosolyma Quæ cum gente, Cestij Flori præfecti tyrannide, auaritiæque, tum sacerdotum



Hierosolymorum maxima
Iudæorum clade
deuastatio

impetate uexata, rebellionis Azymorum die obfessa, Qua purificatorum epulatorum 2700000. ex oblati 256500. hostijs, estimata, Iosepho numerante, conclusa sunt. Per Titum filium cum omnium miserrima populi clade, scilicet 1100000. interfectis, ac 100000. diuentis, sic excisa, ut uix unquam habitata crederetur, anno imperij 2. cum filio triumphauit. Euerfa atque prædixerat Iesus, Vrbe sancta, per reliquas ciuitates in Iudæos ita sæuitum est, ut Antiochiæ dies septem igne, ferroque conficerentur. Qua crudelitate, Massadensis, Ionathæ Machabæi opus, obfessi, mutuo ferro, & igne cum uxoribus, & liberis sese consumpsere. Lupus Alexandriæ rector. Cæsaris iussu, Onion, ab Onia sancto Pō. à factiosis Sacerdotibus pulso, in Aegypto dono Regis, conditum oppidum, & insigne templū, ablati donarijs, occlusit. Cæs. preterea Liberio Maximo procuratori Iudæam tradidit uenum dandā, Atque Iudæis ubilibet sub imperio Romano degentibus, drachmas duas, quas quotannis Hierosolymitano templo debebant, Capitolio Ro. inferri præcepit. Inde post beneficum patrem, amor, & humani generis delitiæ Titus imperio potitus, id omni uirtutis industria moderari tantopere studuit, ut qui neminē ab se tristē dimiserit, diemque, in quo nemini beneficium contulisset, perdidisse doleret, optimo iure post immeritam mortem inter ppetuos Deos locū meruit. Ex aduersa aut, miraque unius stirpis uicissitudine Domitianus homo literatus quidē, & bibliothecæ restaurator, sed à patre, fratreque degener, adeo sensim in uitia corruit, ut Caligula Neroneque nihilo melior, primus Imperatorū Domini, & Dei adpellationē, ab Augusto Maximo Principe declinatam, sibi arrogaret insolentiss. Quam ob in Mathematicos, in philosophos, in Daudidis progeniem à patre seruari iussam, atque se-

Liberius

Domitianus
literatus.

atq; secundum in Christianos defauens, homo uaniss. segnis, ac muscis duntaxat spiculis occupatus, in cubiculo à suis interfectus anno ætatis suæ 36. omne Flauij generis decus, Vespillonibus sepeliendum reliquit.

Tum Cocceius Nerua annos natus 65. uir & priuatim, & publice bonus, Ciues, & amicos usque ad propriorum etiam bonorum auctorem iuuare solitus, impia Domitiani acta rescidit: Seruorum in Dominos criminationes edicto cohibuit. A Senio suo curandæ Rei Publ. prospecturus Marcum Vlpium Traianum gente Hispanum. Germaniæ præfectum, armis, literis, & moribus excellentem, solius uirtutis, ac patriæ utilitatis, nec ullo cognationis adfectu, traditis ei imperij signis, adoptauit. Tunc, Nerua Dijs adnumerato, Roma primo externum Principem suscepit, distante illo, non genus, aut patriam, sed hominis uirtutem intueri oportere.

Traianus ergo singulare Augustalis maiestatis exemplum, Imperio, innumerarum gentium uictorijs, summa uirtute, Fatis ultra negatibus, ad Indos terminum posuit Tygridem, tantaq; id moderatione continuuit, ut Senatus quem Patris uice colebat, decreto, primus Optimi cognomen retulerit, utq; post hac principibus in uoto sit adclamatum, sit felicius Augusto, & melior Traiano. Christianos, sed intercedente literatiss. Plinio secundo, mitius est infectatus, mandans non requirendos, sed repertos puniri. Iudæos autem Cyrenem habitantes, Qui, ob eius ex Asia recessum, ppter in ualetudine ueneni suspecta, acceleratū, atrocissimo furore, cædibus, horrendisq; cruciatibus supra 200000. Romanorū, atq; Græcorū absq; ullo discrimine trucidarāt, atq; similē cladē Aegyptijs, itē & Cyprijs, occisis in ea insula circiter 240000. intulerāt, Lutio Duce ferro cōpescuit. Eo demū primo, ac solo principū intra urbē in sui nominis foro, insigni monumēto sepulto, inq; diuorū numerū relato, Imperiū Pub. Aelio Adriano per surreptitā Plotinæ Imperatricis adoptionē cessit. Is gente Apher, Syriæ tūc præses, moribus, ingenioq; uariis, omnium studijs artium suapte natura, adinuidiā, si superaretur, deditus adeo, ut iactaret se nihil eorū ignorare, quæ, uel in pace, uel in bello, siue ad regē, siue ad priuatū ptinerēt. Traianæ gloriæ emulus imperij terminū à Tygride ad Eufratē retraxit. Germanis 200. annorū bello magis triūphatis, quam uictis regē dedit. Iudæos iterū tumultuantes, per Iuliu Seuerū 50000. caesis. Arcibus 50. Vicisq; 985. fame, ferro, & igne deuastatis, extrēa oppressiōe pacauit. Euerā Hierosolymā eiectionis Iudæis, & admittis Christianis Aeliæ noie suo restaurari iussit. Vbi sedecimus, & ex gentibus primus Episcopatū obtinuit Marcus. Christianos, nō p Christi cōfessiōe, sed criminis cōuictos puniēdos, edixit, edicto postea ab An. Pio cōfirmato. pacis amās, bellū uel mouit nullū, uel motū obiter sedauit, nec minus in officio milites retinuit. Nō patiebatur se peti, sed spōte p cognita necessitate faciebat oīa. Correctionis & admonitionis, raro principū exemplo, uel ab infimo patiens, impatiēte tamē morbo cōsumptus, ob impias cedes à Deorū numero seclusus, in Domitiæ hortis psepulchro templū, nunc Pōtificū Arx, Antonini pietate dedicatū habuit. Hinc Titus Antoninus spectatā ob pietatē cognomine pius, ex paterno auo Nemaufensis Gallus ab Adriano cū Vero adoptatus, uir oī uirtutis genere præditus, ac recte Numę cōparandus, cuius felicitatē, pietatē, securitatē, atq; cærimonias obtinuit semper. Cūq; pacē semper amaret, tantę autoritatis apud oēs est habitus, ut oīa omnes tanq; sua curarent, cuncteq; tum florerent prouincię. Imperio felix, solus oīm prope Principū, q ad in se fuit, absq; ciuili, hostiliq; sanguine, uitā cū omni honorū genere transmisit in Deos, Succedente genero Marco annio Vero cum fratre Lutio Vero adoptato, Vere Vero etiam ab Adriano adpellato, Siquidem is immutabili uultu apud Platonem in omni uita phylosophatus, dijs uita, morteque coniunctus, sanctitate Principes facile omneis antecelluit, adeo, ut sacrilegus haberetur, qui defuncti imaginē domi non coleret. Multarū deniq; fœrociss. gentiū uictor, Christianorū militū, præce, fulmina, Marcomaniis hostibus, suis uero sitiētibus pluuiam impetrauit, persecutione Christianis inde mitigata.

Seleuciam

Flauij delati.

Nerua lex.

Primus exte
nus Romano
rū Imperator

Imperij limita
tes.

Iudæorum fa
cinus et cæ
des.

Rex Germani
is datus.

Hierosolyma
restaurata.

Augusti bini.

Seleutiam 400000. hostium urbem cepit. De Parthis cum fratre Lutio ad imperij cōsorti
um ascito, Qua primum bini a quo iure imperarunt Augusti, triumphauit. Auaritiam
abhorruit adeo, ut deficientibus ararij stipendijs, ne quenquam extra ordinem exactiōe
grauaret, imperialia & sua, & uxoris ornamenta per auctionem uendiderit, nihil postea re
demptionem negantibus indignatus. Postremum, hoc solum patriæ nocuit princeps opti
mus, quod filium se patre indignum reliquit pessimū Lu. An. Commodum Tyrannum
omnibus omnium incommodissimum, Caligula, Neroneq; impuriorem, Domitioq; seue
riorem, humani generis hostem iudicatum, dignissime tum à meretrice strangulo in infe
ros præcipitatū. Euecto ad imperium Heluio Pertinace septuagenario maiore, ruri nato,
multis tropheis ad Urbis præfecturam deducto, sed militibus ob illiberalitatem, discipli
neq; asperitatem ingrato, atq; ob id mox à Prætorianis occiso. Imperio tum à Didio Iulias
no, Prætorianis id licitantibus, emercato. Sed cum is pollicitis nō stetit, ciuili tumultu
oppressus, ammissa fide, Id Illyricarum legionū præfecto Septimo Seuero Pertinacis uin
dici cessit. Atq; sic nunc primū militari sacramento corrupto, fideq; uiolata, cum impera
tores necandi, tum imperium uenundandi militibus est facta potestas.

Militibus im
peratores ne
candi & im
perium uendē
di facta po
testas.

IMPERII ROMANI
Imperatores & anni.

Princeps non
deridendus.

13. Traianus.
19.
12. Adrianus.
21.
15. Antoninus.
22.
16. An. Verus.
19.
17. An. Commodus.
13.
18. Pertinax.
19. Iulianus.
1.
20. Seuerus.
20.
21. Bassianus.
6.
22. Macrinus.
1.
23. Heliogabalus.
2.
22. Alexander.
13.

Seuerus aut id ex moribus nomen sortitus, ingenio, gen
teq; Pœnus, & literarū, & armorū doctus, triūphis Parthicus
Arabicus, & Adiabenicus est adpellatus. Iudæos atq; Christi
anos fieri noluit, hos quintum persequens, graui sociorum de
fectione circumuentus, In Britannia sæuera confectus poda
gra. Corpus Romam, & Imperium ad filium est delatum. Du
os nempe reliquit ille filios, ut ditiss. ita & turpissimos. Vt fe
rè sit obseruatum, summos uiros, aut sine liberis mori, aut ta
les relinquere, ut satius fuerit nullos habere. An. Bassianus
à uestitu Caracalla. Seueri patris saueritatē superaturus, Ge
tam fratrem in matris gremio necauit. Paternos atq; frater
nos amicos, & necessarios abstulit. Alexandrinos, quam gra
ue sit irridere Principem, exemplo dedit, tanta cede, ut riu
i sanguinis in Nilium media planitiæ defluerint. Parthos itē
ut cruenta, sic ignominiose fudit. Sic is cruenta, flagitioseque
imperans, ab Opilio Macrino monstro se longe flagitiosiore
peremptus est. Et hic, cum diadumeno filio in militari tumul
tu à M. An. Aur. Heliogabalo Bassiani filio, non homine, sed
monstro turpissimo, non uiro, sed fœmina probrosissima est in
terfectus. Hic uero dum obscenitatis intermitteret nil, ac di
gnitates omneis uel quolibet obscenissimo pollueret, una
cum concubina matre, contra omnium morem Senatrice, in
Tyberim per cloacas tractus pro Antonino Tyberinus est ad
pellatus. Hinc monstrofi reformator imperij Aurelius Alex
ander Heliogabali consobrinus, Arcenæ in Syria ex matre
Christiana, prudente quidem sed auara natus, uirtute longe
quam ætate maior, doctissimorum uirosum, quibus assidue
utebatur, & honores tribuebat, opera, correctæ legum disci
plina, prophanatam monstris imperij maiestatem restituit.
Christianos esse patiebatur. Iudæis priuilegia seruauit. Tan
tæ humilitatis extitit, ut pompas, blandimenta, ac ueneratio
nis gestus indignanter repudiaret. Tantæ prudentiæ, atq; it
stitiæ, ut nemo de illata ab eo fraude, iniuriæ quæstus sit
unquam.

IMPERII ROMANI

Con. Imperatores
dñi.

15 Maximinus.

3.

16 Gordianus.

6.

17 Philippus 1.

5.

18 Detius.

3.

19 Gallus.

Tolusianus.

2.

30 Valerianus

Galenus.

15.

31 Claudius ij.

2.

32 Aurelianus

5.

33 Tacitus.

1.

34 Probus.

6.

35 Charus.

2.

36 Dioclitianus.

10.

37 Galerius.

2.

unquam. Illud Christi in Eulogio habens: Quod tibi fieri nō uis, alteri ne feceris. Nullum absq; iuris edicto cruorē fudit, Fumo Fumiūēdos extinxit. Militaris postremum discipline tantus obseruator, ut cum assereret per omnia maiorum insti tutis R. P. retineri, eisq; collapsis, & nomen, & imperium ad mitti. Tum Artaxerxe Persarum rege, peditum 120000. equi tumq; 10000. catafractorum cæde, uicto, Germanis quoq; pa catis, dū integrās aliquot exauctorasset legiones, Sæuerus ad pellatus, anno recentis ætatis 29. cum matre apud Moguntia tumultuaria Maximini ducis cæde fuerit in deos relatus. Ma ximino tum giganteæ proceritatis, atq; uoracitatis barbaro Thrace, Germanorum, item & sextum Christianorum sæuo carnifice, ex pastore milite, ex milite Duce, tumultuantibus, perfidiscq; à militibus Imperatore, pclamato, S. P. Q. R. istius impatiens, Gordiano seniore gēte Græco, tūc Aphricæ præto re, post interfectum à Maximiniis Gor. filiū, aŕo ætatis 80. su apte manu strāgulato, Pupienum Balbinum & Gordianum qui istum Phalaridem Busyridem, Typhontem, atq; Cyclo pem uocacitatum, hostem iudicatū, principatu deturbarent, principes legit. Eo itaq; cum filio apud Aquilegiā, à militi bus suis occiso, tum proxime Pupieno Balbinoque militum seditione peremptis, Gordianus iij. annorum 16. duobus Au gustis Gordianis superstes, postquam de Gothis, Sarmatis, & Parthis triumphauit. Bibliothecam 62000. utoluminum com parauit, nobilis ille, ignobilis Philippi Arabis prætorij præfe cti dolo, factioneq; nequiter est occisus. Is autem, ascito sui no minis filio, imperans, cum diui Fabiani Pon. opera, primus Ro. Imperatorum, Christum confiteretur, à Detio cum filio bello uictus, occubuit. Detius Pannon, dux occiso Domino suo. Septimū sæue Christianos discerpens, à Gothis cū sui no minis filio Cæs. ita ut sui nil reliquū fuerit, in pugna discerp tus est. Vibio Gallo subinde cū Volusiano filio imperante, Imperij inuafores 30. circiter cucurrere Tyranni. Hij ergo cum Aemiliano in Mysia noua moliente, congressi, conciz dere. Tum Licinius Valerianus ascito Galieno filio Cæs. exitioso pene, & infausto Imperio suscepto, deletis magna parte tyrannis, in Christianos ante dilectos, magorum, & hæreticorum suggestu, octauum defæuiens, aduersus Per fas bello uictus, anno imperij sui sexto, Vir nobilis & erudi tus Sapor regi scabellum cæcum factus, summa tum sui, tum imperij cum ignominia uitam in cathenis exegit. Interea Go thi Asiam, Grætiā, Macedoniā & Pontum, Persæ Capa dotiā, Syriā, & Cilitiā, Parthi Mesopotamiā & Syriæ am. Quadi & Sarmatæ Pannonias, Germani autem Italiā, Galliā & hispaniā hostili ferro peruagarūt. Sed Galienus tantis obnoxius malis, Christianis pace data, Odenato Pal mirenorū rege Orientis, atq; Posthumio Occidētis Imperiū strenue tutatibus, posthabita R. P. uoluptatibus uacās, indeq;

Persarū strā ges.

Gordiani Bis bliotheca

Imperij à Ty rannis inuasio

Imperij à Bar baris distra ctio.

f non so

non solū à uiris, sed etiam à foeminis ob ignauiam contemptus, Mediolani cum fratre Valeriano Augusto, trucidatur, Homo simul saeuus, & ad luxuriam magis, quam ad imperiū natus, iniquiss. Imò, qui nullo neq; uenerandi Patris, neq; tanti imperij dedecore, damnoq; mouebatur. Claudius ij. gente Dalmata, uir illustris, & ab omnibus amatus, cui ad optimi principis desiderium sola obsuit imperij breuitas, ad occupatum à Barbaris imperium susceptus, de Gothis 320000. caesis, uel captis, & 2000. nauibus demersis, triumphauit. Ale

Gothorum et
Alemannorū
strages.

mannorum 200000. ad Luganum fudit. Eo uita defuncto, nec non & Quintilio suo, & natura, & uirtute fratre 27. Imperij sui die à seditiosis militibus occiso. Valerius Aurelianus Dalmata non tam genere, quam factis praestans, equitum magister, tum Imperator magis necessarius quam bonus, omnis inertiae, & otij minime patiens, imperium restituit, uicta de Zenobia puditia, literis, & armis illustri Palmirenorum Regina, quae sublato marito, Persarum uictore Odenato, Orienti imperabat. Victis quoque multis nationibus de Gothis, Gallis, Francis Gallorum inuasoribus, & Alemannis innumera Barbarorum caede, triumphauit. In Christianos nonum cruce prolata, saeuus ipse natura fulmine tactus, apud Heracleam in Deos ab occisoribus est relatus. Hinc proxime Tacito sene modestiss. & sancto, qui imperare coactus, nec priuatam mutauit uestem, nec uxorem gemmis uti passus est, Atq; mox Floriano fratre à militibus interfecto, Valerius probus Pannō. Imperator adeo Valens, & Probus, ut ualentiss. optimoq; cuius superioris aetatis imperatori, si non praestantior, par tamen censeretur possit. Quis scilicet, si uita concessisset, uniuersum Imperij Rom. orbem, quem citius annis pene totum armis per-

Imperium re-
stitutum.

uaserat, cum à Tyrannis & barbaris, tum & à militum necessitate liberasset. Orientem quippe sic pacauit, ut ne musculus quidem rebellaret. Gallis, quos, & Pannonem uineis donauit, liberatis nouem Germanorum, ac reliquorum Barbarorum reges 400000. caede, suplices ad pedes eius prostratos habuit. Vrbes illorum 70. uindicauit. Ex 320. Ro. triumphis ultimum ipse de plemijs egit. Eo tum, militum, quibus per hyberna eneruans negabat otium, scelere perempto, Carus Narbonēsis, integer, & charus omnibus cū Numeriano bono, & Carino prauo filijs Imperans, ipse subactis Persis, & ad Tygrim tum positis castris, fulminis ictu, atq; subinde Numerianus Apri, foci sui facinore, tum Carinus corruptus, & nemini charus Diocletiani manu sunt extincti. Hinc ille C. Aur. Diocletia

Diocletianus
scribae filius.

nus Dalmata, scribae filius, uir strenuus, & gloriabundus omnium consensu, tanq; iustus numeriani uindex, Imperator dictus, urgentibus Tyrannis, Maximianum Herculum agrestis generis trucem Pannonem, suum commilitonem ex Cef. Augustum Occidentis praefecit. Maximinum Galerum Dacum ex pastore militem generum suum contra Persas & Constantium Cl. Imper. stirpe, uirtuteq; clarum Dalmatiae praefectum, Herculi primō, secundo uero Coelis Britanniae regis generū Galliae, Britanniaeq; tuendae Cef. fecit. Quorum, suarq; militiā uniuerso imperio recuperato, atq; paccato, Primus ipse Ro. Principū, introducta regiae consuetudinis forma, à Ro. deinceps Pon. obseruata, gemmata, purpura, gemmatiscq; calceis uestiri, pedes osculari, & adorari uoluit. Hinc ad suorum Deorum obsequiū, aūo Imp. sui 19. edicto per totū imperiū in Pascatis die publicato, Christianos decimū, aūos 10. sauiſſ. oīm psequi, ecclesias eorum euerſi, sacros libros cōburi, sacerdotes & magistratus infames haberi, oēs ad gentiū ritum cogi, uel interimi precepit. Hac uero sauitia per orbē cōcitata, mirabili morū uersione, solus Imper. Ro. idē faciente Herculiō, in priuatū se redegit. Salone plantandis oleribus delectatus, ex priuato solus à ueneni morte diſſ. est numeratus. Tum Galerius Narſei Perſarū Reges triumphator, solus imperās, Cōstantio Augusti nomine, Galliae, Britanniaeq; regnis cōtento, Maximinū cruentū, Orienti, & Seuero perēpto, Liciniū cruentiorē Occidentis Cef. dedit, inde morbi, q̄ periſt, atrocitate, humanę miſerationis admonitus, ad ſenſū mitis Constantij, contra Christianos edictū ſuſtulit, à Maximino geneis tabulis reſtitutū, & à Licinio immanitate grauati.

Decima Chri-
ſtianorū per-
ſecutio.

Pontif-

PONTIFICATVS ROMANI

successus.

PAPATVS ROMANI

Pontifices & anni.



32. Siluester 1.

22.

35. Marcus.

3.

36. Iulius 1.

16.

37. Liberius.

6.

38. Felix ij.

2.

39. Damasus 1.

19.

40. Syritius.

16.

41. Anastasius 1.

3.

Syluester 1. Ro. Venerandus uir, ab exilio reuocatus, Constantini M. ad Christum conuersi, dono Augusti, & operis, & cenijs Ecclesijs, item, & Pontificijs ornamentis, facultatibus atq; priuilegijs acceptis, primus Ro. Pon. cum Pon. maiestatem extulit, ambizioso Niceæ decreto Occidenti, ut Alexandrinam Orienti, præfectam. Cardinales legit. Clericos à Laicis in prophanum forum trahi, uel eodem ullas agere causas uetuit. Charisma solis Episcopis, & consecrandum, & confirmandis, morituris uero per sacerdotem, administrandum statuit. Lineum eucharistiæ subtrauit. Marcus Ro. Ro. Pont. Hostiensis Episcopo pallio donato, sacrandum commisit. Eusebij Cæs. Episcopi, Symbolum Missæ inseruit. Claruere subinde Athanasius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Iulius 1. Ro. pro Athanasio aduersus Arrianos constans, Protosynarchos, ecclesiæ cōscribendis rebus, instituit. Liberius Ro. Arrianorū cōsortio, cum felice scismaticus, primus à Ro. Pō. integritate recessit. Sanxit tamen Episcopos nullam ob persecutionem gregem deferat. Felix ij. Ro. Quod Constantium Imperatorem hereticū declarasset, Liberio ab exilio restituto, martyrium pertulit. Felicem hunc, Rufinus ait, proscripto ab Imper. Liberio, ab Arrianis suffectum, ordinationis, simul & sectæ probrum intulisse. Sub id tempus, Cyrillus magnæ doctrine Hierosolymorum Episcopus, ambitionis ab Acacatio Cæsariæ Metropolitano dānatus, primus contra ecclesiasticam regulam adpellationis libellum, à Constantio Imper. admissum, protulit. Idē fame urgente, templi donaria in pauperum necessitatem distraxit. Qua uestis, à Con. M. donatæ, hirsutiori diuenditæ causa, ab Acatio Episcopo Con. Imperatori delatus, episcopatu priuatus, à Theo. Imper. est restitutus. Hylarius Pictauiensis Episcopus ab exilio reuersus, Gallos ab Arrio liberauit. Serapio Aegyptius Anachorita, circiter 10000. Monachorum ita rexit, ut ex proprijs laboribus necessaria compararent, egenisq; ministrarent. Monachum non laborantem, raptori equiparauit. Damasus 1. Hispanus, doctus, deuictis scismaticis, & falsis adulterij criminatoribus suis, Talionis ius adprobauit. Hieronymo doctore, psallēdi choros instituit, Epistolas & Euangelia Missæ indidit. Idem obsequia & ad martyrum sepulchra, Vigiliæ cantum, Anthiochia hoc tempore per Flavianum, & Diodorum Laicos inchoatum. Item & secundam Synodum contra Macedonianos perperam de spiritu S. sentientes 150. patrum Constanti nopoli. Gratiani Imper. sentētia celebratam, acceptauit. Vbi Symbolum Nicenum Missæ insertum est, & Constantinopol. Episcopus primatus ambitio legis prius in Niceana Synodo admissa, à Romano secundus est declaratus.

f. 3. Sriti

De Ecclesijs
rum primatuCyrilli suc
cessus.Chori institu
tio.

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.

Missæ antea.



Pelagius hereticus.

22. Innocentius 1.
15.23. Sosimus.
1.22. Bonifacius 1.
2.25. Cælestinus 1.
9.26. Xystus iij.
8.27. Leo 1.
21.Nestorius dāpnatus.
28. Hilarius.
7.29. Simplicius.
15.30. Felix iij.
8.31. Gelasius 1.
5.32. Anastasius ij.
2.Statuariū cultus, et Missæ sacrificiū adprobatus.
33. Simachus.
16.

512.

ficibus successoris substituendi, & Laicis inuestiendi, potestatem abrogauit. Simplicius Tiburtinus Urbem quinq; Ecclesias distribuit, quarū prima Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Ioannis laterani, nunc in Orbe prima, quinta Mariæ maioris. Tum Constantino Episcopo damnato, Ecclesiarum omnium primam Romanā esse declarauit. A Laicis Ecclesiasticū beneficiū recognosci noluit. Felix iij. Ro. Felicis presbyteri filius. Ecclesiæ

Syrītius Ro. Manicheos Roma proscrispsit. Antiphonas, Ambrosij Mediolanensis Episcopi instituto, psalterio miscuit. Communicantes, & memorias missæ addidit. Mulieres à clericis, matrimonium à Diaconis, ordines à digamis exclusit. Sacros ordines per interualla solius Episcopi officio dando, censuit. Doctus Augustinus, Ambrosio Doctore, Manicheum reliquit. Anastasius 1. Ro. mutilatos, ac peregrinos, nisi dimissorio prolato, sacris imitari prohibuit. Ad Euangelij lectionem adsurgere iussit. Innocentius 1. Albanus. Ioannem Chrysostomū Constant. Episcopum, exulem damnare noluit. Nouatianus uero, & Pelagium gratiæ depressorem, in Britanniam fugatum, damnauit. Infamibus sacerdotium negauit. Sedem primam, Romanum scilicet, à iudice exemit. Moribundos oleo sacro inungi, & sabbati diem ieiunari mandauit. Pacis osculum in Missa dedit. Romanū excidium, uelut alter Loth, Rauennæ deuittauit. Zosimū Græ. Pascale cereum sacrauit. Seruis sacerdotio, sacerdotibus uero tabernis interdixit. Sub id tempus Pelagius absq; gratia libero fides arbitrio, originaleq; peccatum irritans, Carthagini 214. Episcoporum Synodo damnatus est. Bonifacius 1. Ro. scismatico superato, statuit. Mulier sacra non attingat, incensum nō adoleat. Obnoxius, aut errans, aut annis 30. minor, ad sacerdotium non admittatur. Cælestinus 1. Ro. Psalterium Antiphonis interstinxit, introitus, gradus, tractus, offertoria. Communiones, & orationes inseruit Missæ. Clericos canonicarum institutionum doctos esse uoluit. Scothos, atq; Britannos Paladio Episcopo doctore in uiam Christi reduxit. Nestorium Constan. Episcopum, Mariam Dei matrem negantem, tertia 200. Episcoporum Synodo, Ephesi à Theo. Imper. indicta, dā natum, Mariam Dei genitricem adseuerans, damnauit. Xystus iij. Ro. Criminatore deuicto, Mariam maiorem dedicauit. Leo 1. Tuscus, uir, & doctrinæ, & uitæ præstantia magnus Homiliarum declamator insignis. Achephalos scriptis cōfuit. In Calcedonenſi quarta principali 630. Episcoporum Synodo, Martiano Principe, Cō. Euthichem Abbatē, de Christi natura perperā sentientē, celebrata, oīm consensu ter sanctus adclamatus, Ecclesiā ab hereticis pene disceptā, reparauit. Sanctoꝝ statu is reuerentiā sub anathematis nota decreuit. Scretæ Missæ, sanctū sacrificium immaculatā hostiam, addidit. Monialibus ante 40. probatæ castitatis annum uelum negauit. Ecclesias condidit. Cubicularios instituit. Sauiſsimos Reges Athilam retrouertit, & Gelericum mitigauit. Hilarius Sardus ineruditos ad sacerdotium recipi ueruit. Pontif

Ecclesias ab Episcopis consecrari, & accusato responsionis indutias dari statuit. Gelasius Apher Sanctitate, doctrina, & pauperum dilectione clarus. Manicheos, libris eorum combustis, proscripsit, utriusq; Testamenti libros, ac doctorum scripta, ab ambiguïs Autentica separauit. Ordinum sacrorum administrationem à mense decembri, quatuor temporū sabbatis adtribuit. Episcopos 67. creauit, Canonem, & præfationes missæ. Profas & Hymnos canticis miscuit. Imperatore excommunicato, eundem excommunicari posse probauit. Sub eo, Honoricus Sæuus Vandalorū Aphrice Rex. Arrianorū fauore infideles gladio, flammæq; sæuendo fatigatus, 4965. relegatis, Ecclesias, & bona Arrianis tradidit. Anastasius ij. R.o. à Nestorianis corruptus, uiscerū egestu pœnas luit. Symmachus Sardus. Pauperum, & clericorum amator, & sustentator, Eugenium fidelem Carthaginensem Episcopum, cum 220. Episcopis à Transimundo Vandalorum Rege in Sardiniam proscriptū, pie fouit. Schismaticis duobus proscriptis, cōstituit, ut uiuente Pontifice, de futuri subrogatione præsumat nemo.

De scriptura
rū discretiōe.

IMPERII ROMANI CONSTANTI

nopolitani successus.

IMPERII ROMANI

Con. Imperatores et
anni.



38. Constantinus. 1.

31.

Constantinus ij.

39. Constans.

Constantius.

22.

40. Iulianus.

2.

Constantinus Magnus Constantij Augusti ex Helena Coelis Britannie Regis nata filius, à patre anno Principatus sui 16. Eboraci in deos relato, Cæsar Francis, et Alemānis profligatis, ac Regibus eorum prospectulo bestiis obiectis, Galliā sub-

Coel Britan
nia rex.

iectam habuit. Inde Galerio, & Herculi suapte manu defunctis, Seuerō à Maxentio perempto, Maximino à Licinio armis exuto, atq; mox uiscerum à torminibus egestu consumpto, hinc anno imperij 7. Maxentio Herculi filio Urbis tyranno in sua fraude, tum postremo Tyrannorum Licinio per eū S. P. Q. R. iussu, crucifixiq; Christi præsidio sublati, unanimi omnium consensu R.o. imperium in se contraxit. Omnia, subinde ad Christum conuersus, ita redegit ad pacem, ut præsentium rerū bonitas, præteritorū malorum pareret obliuio nem. Lato nempe per R.o. Imperium edicto, Christum colī, Euangelium prædicari, Euangelistis honores & alimenta dari. Falsorum Deorum templa, cultumq; excidi, Christianum autem restitui, statuiq; iussit. Qua anno imperij 25. oīm pene Urbū nuditate Bizatio. Pausaniæ Spartani Regis opus, suo nomine pro imperij sede restaurato, & aucto, Romam diuitibus ecclesijs ornatam, cum Italiæ, Syctiliæq; regnis, R.o. Pon. ab se ter supra Reges coronato, obtinendam deferuit. Sic R.o. imperij maiestas annis superioribus ad externos Principes, nunc uero primum ad externū etiam locū fuit translata. Primam 318. Episcopos aduersus Arriū Alexan. prespiterum, Christianæ tranquillitatis perturbatorem, male de diuinarū personarum substantia differentem, Synodum anno imperij 15. Nicææ indixit, fouit, & adprobauit. Vbi ferendo cœlibatus decreto restitit, & obtinuit. S. Pafnutius Aegyptius Episcopus. Anno eius 4. Persæ, Cēserosacho Rege, excusso R.o. imperij iugo Asiæ imperium 319. annos tenuere. Id tum, po-

Christi cultus
imperatus.

Imperij sedes
mutata.

f , tenti

IMPERII ROMANI
Con. Imperatores ex
anni.

21. Iouinianus.

1.

22. Valentinianus.

Valens

11.

Valens

Idolorum cul-
tus restitutus

23. Gratianus.

2.

22. Gratianus.

Valentinianus ij.

6.

Christianorū
persecutio.

25. Valentianus

Theodosius

11.

26. Archadius

Honorius.

13.

Franci à Ro.
subacti.

ri erant, tributum imperauit. In Sarmathas iturus, apoplexi periit uir Aureliano similis. Tum Valens, Monachos ad arma cogens, à Mauuia inuicta Saracenorum regina, restitutis sanctis, obtenta pace, Contra Fridegninum Gothorum regem, à Valentiniano, pellēti bus eū è Scythia Hunnis, in Thraciā, & Mesiam habitandam permissum, rebellantem, cō gressus, ammissis Ro. legionibus uictus, imperio, Urbisq; exitiali hoste relicto, & irritato ab hīs, quos Arriana perfidia succenderat igni, igni sepultus est.

Monar-

tentiores facti Saraceni, Muhama principe, in Valdachani, quæ Babylon fuerat, urbem annos 418. traxere, à Turcis, magna Christianorum iactura, captum, latissimeq; in totam Aphricam, & Europæ portionem hæcenus prolatatū. Eodē im peratore. Vandali Sarmatæ, Vsimaro Rege, à Gothis è nata- li solo in Pannoniam pulsi, eam, imperatorū cōsensu, animos circiter 40. habitarunt, à Gothis repulsi. Gothi uero, Ariari- co Rege, Imperatori se in stipendia submiserunt uicti. Horū pars. Sub annū Constantini ij. tertiū, Athanarico Rege, Vā dalis Beticam. Et Sueuis Lusitaniam tenētibus, Visigothorū Regnum in Hispaniam posuit, à Theodox. Imper. annos 18. interceptū, Cōstan. autē M. à Græcis inter diuos recepto, impe- riū cessit filiis à paterna religiositate degeneribus. Quibus ci- to per ciuiles seditiones, odiumq; peracre fraternū, Constan- tino, scilicet, anno 3. à militibus Aquileiæ, & Constante, Fran- corum subactore, āno 13. à Magnentio Tyrunno in Gallia per emptis, in unum Constantium redactis, Is eruditus quidē uir & contra Persas strenuus, Arrianorum fauore, rectos in fide persequi, subitanē mortuus, desijt. Hinc Iulianus Constan- M. ex fratre nepos, iam pridem cum fratre Gallo Iudæorum domitore, à Constantio necato, Caesar factus, Galliam ingenti Alemannorum strage defendit. Imperium adeptus, idolorū cultum restituit. Hierosolymorum templum Iudeis reddidit. Quod dū hij restaurarent, diuina ui, motu, & igni cōcussum est. Christianos, quorum singulari odio, ex philosophia, cuius à Libanio Doctiss. erat, hausto, flagrabat, Galliarum adpel- latione, multis, pudendisq; conuiitijs adfectos, spoliatis eccle- sijs, & sacerdotibus, destitutis magistratibus, publica discēdi, docendi, prædicandiq; facultate interdicta, non minus dolo- se, quam obstinate adeo est infectatus, ut, dum Persas inuasur- rus, incerti telis ictu, annum natus 32. expiraret, sparso in cœlū cruore suo, clamauerit, uicisti Galileæ, sed te nūc itē negabo. Contra Iouinianus Pannon à desolato exercitu Imperator ad- pellatus, imperare nō prius uoluit, quam ille se Christianum esse fateretur. Tum imperās urgente comeatus penuria, pacē rogantibus Persis dedit. R. P. magis necessariam, quam hos- nestam, tradita scilicet Syria, & Nisibi ciuitate. Quo mox pri- narū uapore defuncto, Sudariorum tribunus, Pannon Valen- tinianus 1. ascito fratre Valente, Imperans, Gratiano filio Augusto creato, Burgundiones, Alemannos, & Saxones perdomuit, uictisq; 20000. cede, Francis, q; fufis Alanis, libe-

IMPERII ROMANI CONSTANTI-

nopolitani successus.

IMPERII ROMANI

Con. imperatores &
anni.

27. Honorius.

Theodox. ij.

15.

28. Theodox.

Valentin. iij.

16.

29. Valent.

Martianus.

7.

30. Leo 1.

16.

31. Leo ij. mens. 2.

32. Zeno.

16.

33. Anastasius. 1.

26.

318. dii & Honorij, Plondo numerante, octauo.

Anno Valen. 7. Hunni Scythæ feroces Cadar du
ce, relictis Alanorū, Gothorūq; occupatis ad Meo
tidē sedibus, in Ro. imperiū 1080000. caterua pro-

Hunorum in
Pannoniam
migratio.

fusi, uictis, utrinq; plus 400000. cęde, Macrino Pañoniæ Dal
matiaq; caſo, atq; Dietrico Veronēſi Germano, Germaniæ,
uulnerato, Ro. præfectis, Illi uero amiſſis ducibus, Pannoniā
Lōgobardis abstulerunt. Gratianus autē & Chriſto, & impio
fidelis, Qui Cęſar, Gallos 30000. Alemannorum ſtrage defen
derat, cum fratre Valentiniano ij. Occiduas nationes regens,
urgētibus undiq; Barbaris, Theodoxiū, eius Theodoxiij, quē
Valens Imper. præſtantiem uirum, ac fidelem Hiſpaniæ tuto
rem ex Demonis reſponſo necarat, filium, imperij conſortio
præfecit Orienti, cuius ope Gothiſ, Tartariſ, atq; Germaniſ
pacatis, à Maximo Ro. duce, qui, quam imperatoris nomine,
Britanniā tueri debebat, eam ſibi regnum fecit, ac mox mi-

Maximus Bri
tanniæ rex.

nore Britanniā Frāciſ erepta, Galliam totam occupauit. Ami
litibus imperare iuſſus, Per fraudem Pariſij proditus, Lugdu
ni ab Andragatio Max. Comite, anno uitæ ſuæ 29. eſt occiſus.

& hinc anno 7. Valentiniano fratre Arbogaſtiſ comitiſ ſui
tyrannide ad laquei mortem Viennæ coactō. Theodoxiuſ 1.
Senior, Gente, ſtirpe, moribuſque Traiano Principi cog
natus, & Chriſto deuotus, cœleſti præſidio, Tyranniſ, qui
bus raro diuturna, nec incruenta uictoria, Maximo ſcilicet,
Arbogaſte, Androgatio, Victore, Eugenioque deletiſ,
Franciſ, Alaniſ, item Hunniſ, & Gothiſ bello, pactoq; cō
poſitiſ, Orientem reſtituit, & occidentem pacauit. Serapi ma
ximo Aegyptiorum Deo combuſto, Alexandriam & uni
uerſum imperiū, & ab Idoliſ, & ab hæreticiſ purgauit.

Hinc Archadio, & Honorio Auguſtiſ filiſ, ſub tutoribuſ
Ruffino Orientiſ, Gildone Aphricæ, & Stillicone Occide
ntiſ Rectore, relictis, Imperij ſui reliquum apud Sanctum
Ambroſium, cuius emendatione, Theſſalonicenſiſ uindi
ctæ poenitens, uindiſtam in 30. dieſ ſtatuīt differendam, Me
diolani tranquille finiuit, Claudiani carmine cæleſtriſ. Quo

Imperium re
ſtitutum &
Chriſti regnū
ab Idoliſ a. q;
Hæreticiſ pur
gatum.

ſapiente, potentiſque, qualiſ deinde nulluſ fuit, Imperato
re Conſtanti nopolī ſepulto. Mox imperij rectoreſ, con
tentiſ piſ Principibuſ, Imperiū inuadere nixi. Tum
Stillico, ut callidiſſimuſ, ita & perfidiſſimuſ gente Vanda
luſ Honorij Socer, Gildone à fratre ſuo, & Ruffino Gallo
ab Archadio peremptiſ, ut unicuſ pueruſ indueret pur
pura, totiuſ propemodum humani generiſ ſanguinem da
turuſ, quam cohercere potuiſſet, uniuerſam Barbariem in
Ro. Maiſtatiſ exitiū concitauit. Anno ſiquidem Archad
ij & Honorij, Plondo numerante, octauo.

f 4 Scythi-

Scythicis, atq; Germanicis populis Alanis, Gothis, Hunnis, Vandalis, Burgundis, Sueuis, & Francis à Meotide, Tanai, Ponto, occiduum usq; ad Oceanum ingenti multitudine profusis. Redagañsum, & Alaricum Gothorum reges, qui Asia, Thracia, Dalmatia, Illyrico, Pannonia, & Norico depopulatis, Italiam & urbem bipartito 400000. exercitu petierant. Illum in Fesulanis montibus conclusum, fame, peste, ferroq; cum 200000. ad unum, ceu pecora, uel diuendidit, uel trucidauit. Alterum uero ad Rauennam triennij certamine fatigatum, ab Honorio pacis conditione, in Galliam à Sueuis uindictam, transmissum, iniqua sua perfidia per Saulum Iudæum in sacro pascatis die, nil tale metuētem, apud Placentiam armis laceffitum, in Italiam retraxit. Ea ducis perfidia nimium sero notata, Honorius Imperator Stilliconem, tantorum ueluti malorum omnium incensorem, digne quidem, sed importune, nullo, scilicet subrogato duce, cum filio neci dedit. Alaricus inter infestā per annum Italiā, Romam imperij caput, anno Ar. & Ho. 13. dira fame, ferro, & igni captam, sic adflixit, ut subinde inreparatam hactenus intulerit, eius imperio declinatio nem, atq; nunc, nisi id Galla Placidia nobilis illustriss. Imperatorum soror, & Athaulfi Regis, Alarici successoris, captiua coniunx, marito, tum Sigerico, suspectæ pacis à suis occis, Vallia Rege, anno ab Urbis excidio 6. in indominabilis gentis suæ interitum, Aquitania pacis conditione recepta, consentiente, fratri seruasset, Romanum nomen in Gothi cum fuisset euersum. En Roma uelut altera Babylonia, stupendum humanarum rerum uicissitudinis exemplum, arcto primum ex colle, latum in orbem protēsa, expositioq; à rege, fugitiuisq; à seruis, illustrium regum, ac liberorum Dominorum gloriosa Domina facta. En uice uersa, ex lato in arcū retracta, uel barbariss. & effœminatis est ad ludibriū subiecta, à Gallis nempe primum, hinc à Gothis, Vandalis, Herulis, Græcis, Saracenis, Germanis, & à Normannis fame, ferro, & igne capta, sæpius quidem, quam obfessā, Orbi, quē adflixit semel, uicissim poenas luit sæpe. Vnicum splendidiss. in pompa, lautissimacq; in uoluptate, alienis discordijs, alienis opibus, & alieno principe comparata, solamē habens, quo licentiosissime freta, fucatum splendorem sub prisci nominis sui specie auctionatur.

Roma humiliata.

VRBIS ROMÆ CAPTIVITAS, & Imperij declinatio.



Romani imperij per Barbaros distractio.

Condito mundo, ea semper fuit humanarum rerum cōditio, qualis omnium terræ nascentium, nempe dum lēte floruerint, & ad summū creuerint, otys emarcescant, & intereant. Sic Ro. Imperium, per arma omnium in orbe maximum, dum ingenti consensu, uirtuteq; summum attigisset culmen, subinde, ceu senio per discordiam, ignauiamq; confectum, declinauit. Porro ante Gothicum hoc Urbis exitium, capto à Persis summo cum totius imperij dedecore Valeriano, uniuersa Septentrionis Barbaries in Romani imperij suppressionem conspirauit. Quæ licet magna uic aliquoties retusa fuerit, euicit tamen, ut, dum Ro. Principes uel inertia torperent, uel Principatus ambitione confligerent. Persæ Asiam, Gothi & Hunni Thracias, atq; Pannonias. Visigothi Hispanias, & Sueui Gallias occuparent. Anno igitur Archa. & Honorio, Hunni Pannoniæ Regem crearunt Athilam Honorij. Imper. generum hoc diplomate glo-

ATHILA REX
Hunorum.

mate gloriantem, Athila filius Bendekum. Nepos magni Nembroth, nutritus in Engaddi. Dei gratia Rex Hunnorum. Medorum, Gothorum, Dacorum, Metus orbis, & flagellum Dei, hunc habuisse ferunt insigne coronatum Asturem, gladiū Martis, Scytharum regibus seruatum, Exercitum, præter gregarios, 100000. militum, annosuitæ 124. atq; maximā omnium Principum toti Europæ cladem intulisse. Alaricus autem Gothus, antecaptam Vrbem cum Honorio pacatus, è Gallia in Hispaniam pepulit Sueuos, Alanos, & Vandalos, Rheni ciuitates euersæ.

strogothis, & Hunnis. Germania uastata indigenis. Gallia direpta, Visigothis, Burgundionibus, & Francis. Britañia, Saxonibus Anglis, Hispania Visigothis. Gothalanis Vandalis, & Sueuis. Lybia & Aphrica, Vādalis. Archadio bono Principe, sub ipsum urbis exitium Constantinop. defuncto, successit filius, uir ad omnē uirtutē Auo nō dissimilis Theodoxius ij. utriusq; uitæ adeo studiosus, ut expensis interdū R.P. negotijs, noctu libris incumberet. Sacroz, & legum doctus. Legum Codicem edidit & Ephesi contra Nestorium disputauit, quo differendi genere delectabatur. Isgerdem Persarum Regem à Christianorum persecutione, ad Christianismi admissionem per S. Marutham Mesopotamiæ Episcopum traxit. Barrabanem Isgerdis filium Alamanduri Sarracenorum Regis uictoriā promittentis, aulio, fugitiuos Christianos bello repetentem, Ardaburio, Beatianoq; ducibus 100000. Sarracenorum, & in mortalis Persarum 10000. legionis cæde, uel maxime Acatij Amida Episcopi pietate pacauit. Acatius enim, dum 7000. captiuorum Persarum fame necaretur, persuasus Deum nostrum neq; mensis neq; calicibus indigere, neq; comedere, neq; bibere, distractis ecclesiæ suæ donarijs, hijs captiuos redēptos, atq; resectos, Barrabani restituit. Quod ille maioris, quam Ro. uictoriā æstimans, pacem dedit, anno Imperij 10. Anno Hon. & Theo. secundo Burgundiones, Vandalorum progenies, eiectis Sueuis, in Heduis regnum Gundicario constituere. Paulo post ad Christum conuersi, diuinum cōtra Hunnos auxilium sentire, ab Aethio tamen pene deleti, in Francorū ditionem cessere.

Burgundia
regnum.

Franciæ regnū.



Franci Germani, qui Rhenum translati, Galliam sepe inuaserāt, Romanos & Vandalos magnis cēdibus adfecerant. Treuerim concremarant captam, ab Aethio repulsi. Anno Hon. & Theo. 8. Marcomiro Duce reuersi, deuictis, pulsisq; Ro. præsidijs, in Senonum agro Faramundo Regi repetitum regnum firmare. Hac stirpe à Christi natali propagato, è Clogio i. decimo octauo scilicet Francorum Rege, cuius regni anno 10. natus est Christus. Hic Frisonem filiū Frisonibus Ducē dedit, regem factum. E Clodomiro v. & regum numero 36. qui Sueuis Ro. Imperij iugum deposuit. Gundebaldum fratrem Meni confinibus Ducem fecit, ex hoc propagati sunt Ostrofranciæ Duces Dagobertus. Clodius. Marcomirus, & Faramundus, qui rex factus, Ducatum Marcomirus fratri tradidit, ex hoc ultimo Heleno sine herede defuncto, Ducatus Pipino Francorū regni Pallatino delatus, is rex factus, eū. S. Burchardo Herbipolensi Episcopo donauit, anno Christi 752. E Clogio iij. Francorum Rege 39. qui Sagonæ confinia regno adiecit, per Hæctorem, qui Degenhart. Filiū Pipino genus extitit. Marcomiro v. Francorum Rege 40. cui per quatuor annos Romanorum, Gallorumq; uictoriā captam,

Duces Franciæ.

Maximus Bri
tannia Rex

CATALOGVS ANNORVM

capram, Maximus Britannia Rex Armorica abstulerat, à Valentiniano Imper. caso, Per interregnum Francis præfuere Duces duo, quorum Dagobertus, Valentiniano tributum exigi, respondit, Francos non dare, sed exigere solitos esse, neq; obligari, sine principis impositum consensu, Subinde Franci Regem creauerunt Faramundum.

FRANCORVM GERMANORVM A CHRISTO nato, regnum.



18.	Clogius 1.	20	32.	Clodius ij	27
19.	Herimer.	12.	33.	Vualther	3
20.	Marcomi iij.	18.			308
21.	Clodomir. iij.	12.	34.	Dagobertus 1.	11
22.	Anten. iij.	6.	35.	Clogius ij	2
23.	Rhaterus.	21	36.	Clodom. iiiiij.	18
24.	Richimer	34	37.	Richmer ij.	13
		113.	38.	Theodimir	10
25.	Odomar	14	39.	Clogius iij.	18
26.	Marcom iiiiij	21	40.	Marcom. iiiiij.	15.
27.	Clodom. iiiiij	17		DVCES.	
28.	Farambertus	20.	1.	Dagober.	5.
29.	Sunno	28.	2.	Genebaldus	21
		213.			419.
30.	Hilderich 1.	40		REX Francogallorum.	
31.	Bartherus	18	1.	Faramundus	

Anglorum, Sa
xonum in Bri
tannia regni.



Hispanie Gotho-
rum regnum.



Sueuorū atq;
Gothorum in
Hispania re-
gnum.

Anno Theo, & Valentiniani iij. Cōstantij Cēs. ex Placidia filij, ac Theo. generi quarto Saxones Angli contra Pictos, & Scothos in Britanniam uoca ti, terra portione dono meruere. Anno 10. expulsi, duodecimo reuersi, 400. Baronibus, atq; Consulibus interfectis, regē uinctū, ad uota cogere. Anno 20. ab Aurelio regni recuperatore cēsi, superstitēs colonia donati, usq; in Ze nonis imperium quieuerē. Vbi, Arturo, uulgi fama, fabulæ nō dissimili, cla rissimo Britannia, atq; triginta bello captorum ab se regnorum, Rege, à ne pote perempto, Saxonum Anglorum Rex Elle Britannos auxilio destitutos, ingenti strage, & gentem, & nomen in cōtinentem Celtarū terram trans ferre compulit. Atq; subinde Britannia in Angliæ, & Armorica in Britan nia adpellationem cessere. Anno Theo. & Valen. sexto, Vandalis à Bonifa cio fideli Aphrica, atq; B. Augustini Episcopi tutore, è Bethica in Aphri cam traductis, Alanis uel cæsis, uel in Gothalanos mutatis, Sueuis aut pro prijs sub regibus annos 170. in Lusitania degere permissis, Visigothi, Val lia rege, Hispaniam totam quiete plus 300. annis possedere. Vandali uero solita pro perfidia, subsidij neglecta ratione, mox omnem Aphricam ui cru deliss. sibi uendicantes, Regiam sedem, annos 96. retentam, Geserico sauo rege, Carthagini posuere, anno Theodosij & Valentiniani. 16.

Cathalau

ATHILAE REGIS HVNNORVM SVCCSSVS.

Vnni autem Barbarorum omnium facile immaniss. quietis impatientes, eo anno, quo Martianus Theo. auunculo suo Constantinopoli defuncto, Pulcheria castissima foemina Theo. sorore agente, subfectus est uir bonus. Barbaris aliis quot nationibus, praesertim Ardarico Gepidarum, & Valamire Ostrogothorum Regibus, seruilem in societatem tractis, Athila Rege, eius temporis ferocissimo 500000. exercitu, e Mysia, atq; Pannonia, per Germaniam & Galliam, cuncta, absq; ullo rerum, hominumq; discrimine, ferro, & igne prosterfendo, Cathalaunicos usq; in campos profecti, illic ab Aethio Mysio, Constantio Casari ab Hono. subrogato, Patricio uiro clariss. Theodorici, in ea pugna casti, Visigothorum, Merouei Francorum Regum, Burgundionum, & Germanorum auxilijs 180000. caede uicti, nullo, quibus uicisse tu sat erat, persequente, in Pannoniam reuersi, exercitu reparato, recta per Illyricum, Italiam ingressi Aquileiam memoranda clade, Veronam, Mediolanum, Florentiam, urbes, uicos, & arces solo aequarunt. Romam petaturi, diui Lecnis Ro. Pon. obuij prece, monituq; Rex aduersus, in Boijs nuptias agens, inter epulas repentina sanguinis eruptione tyrannidem, simul & hominum exiuit. Tum relictæ, formidatoq; à Rege solutæ nationes, dum pro regno inter se certant singulae, regnum amittunt singulae. Gepidae porro promiscua 30000. sociorum, & Athilæ maioris filij caede, Hunnorum excusso iugo, horum partem Datiam, Martiani Imper. pace, coluere. Alij uero Barbaror. ad alia loca defedentes, Ostrogothi, à Sueuis non impune afflicti, Imperatori se coniungentes, Pannoniam, cum paucis Hunnorum reliquijs, sub Maroto Polono, Athiliano duce relictis, obtinuerunt. Superstites erant inter multos Athilæ filios insigniores duo Chaba scilicet Imper. Hon. & Aladarius Saxonum Ducis nepos, pro quibus apud Sycambriam dimicantes Hunni, caesis iam externis militibus, quindecim dierum atroci conflictu, hñ diminuti, atq; distracti, Aladario perempto, Pars maior Chaba Rege in Auitam Scythiam redijt. Pars uero minor in Auarorum, Vngorumq; nomen desijt, donec nouis, per annos deinceps circiter 440 uiribus coalita, sub ultimis Ottonis 3. annis, regnum Stephano Rege restituit.

Cathalaunica strages

Athile mors.

Hunnor. crua ent a cedet.



Ob hanc igitur Hunnicā, atque prius Gothicā Italiæ depopulationem maiores atque potentiores Italiæ ciues, praesertim Aquileienses, & Patauini, in palustrem Adriatici sinus oram conueniunt, Venetias memorandæ potentiae urbem condidere anno Martiani primo. Hono. & Theo. nono cōdiceptam, Romæ pereuntis æmulam, cuius imitata uirtutem, illa declinante, hæc & ciuili libertate, domestico splendore, Imperijq; magnitudine, uniuersas orbis facile superauit urbes, adeo, ut non semel, aut sustinuerit, aut retulerit, aut inuaserit utriusq; imperij uires

Venetiarum conditio.

Anno Martiani quarto. Valentiniano in Aethij seruatoris imperij, cedis ultionem interfecto, Gesericus Vandalor. Africæ Rex, ab Eudoxia, quæ defuncto Valentiniano Matrimo urbis occupatori, imperijq; adfectatori uisperat, euocatus 300000. militū classe Romam inuasit, effugato populo uacuam, & ab ea tum, subactā ante 600. circiter annos Carthaginis, 14. dierum e phanis, prophanisq; corrasa locis præda, ultione rapta, ditissima Romano-

Gesericus rex

Roma à Vandalis capta.

Odoacri Regis in Italia regnum.

Longobardorum successus.

Francorum gens.

Romanorum, Campaniæ, Apuliæ, Syçiliæq; spolia, Eudoxiam item cum duabus filiis in Africam secum auexit. Ad Italiæ direptionem paulopostea reuersus, à Leone Imper. per Basiliscum Patricium repulsus, Arrianis credens, in sanctos Christi crudele otium uertit, Ei uero in eisdem crudelior successit. Rex Honoricus à uermibus corrosus. Post Geserici ab urbe decessum, Romani Auitum senatorem imperare iusserunt, à Martino Constanti nopolis occupato, admissum, in Martino uero mox impia suorū cede perēpto, Christianismi senioris Theodoxij stirpe finita iā omni. & Occidentis imperio à Barbaris distracto, Constantinopolitani Leonem i. primum Græcæ nationis è Tribuno militum Imperatorem per Anatholium patriarcham coronarunt. Is igitur imperio suscepto, eidem inhiantes Asparem scilicet, & huius filium Ardaburium Martiani occisores, prælio captos, ensi tradidit. Anthemium Martiani generum, Auito, Maiorano, & Seueriano defunctis, Cæs. Romam misit, quo à genero suo Richimere Gotho, Vrbe capta, necato, Olymbrio, deinde, Glycerio atq; nepote inaniter ablatis, Oreste tum, cū infausti nominis, nempe in quo Magni Augusti maiestas desijt, Augustulo filio Italiā tenente, annū circiter Leonis Imper. 12. Odoacer gente Rugus Herulorum Rex, relictis Gepidis, Hunnis, & Ostrogothis, quibus Imper. Leo Mysiam, atq; Pannoniam captam, pacis lege concesserat, è Russia Pannoniæq; finibus per Noricum Italiā ingressus, Oreste mox in pugna deuictō, ac propria manu trās fossō, Augustuloq; tum spontaneo timore purpura exuto, Romæ, atq; totius Italiæ regno annos 14. potitus est. Moriturus autem Leo, Imperium Leonis ij. ex sorore nepoti, sed is ad sacra psuasus, id patri suo Zenoni tradidit. Hic uero à Socru domi, & ab hostibus foris undiquaq; uexatus, Theodoricum Ostrogothorum Regem, Patritium adpellatum, quo tum multantes Gothos, & hostes Herulos cōpesceret, Italiæ regno donauit. Is igitur Sarmatarū. Bulgarorū, Gepidarumq; regibus bello consumptis, è Mylia atq; Pannoniā in Italiā, profectus, Odoacro tū non prius uī quā fraude necato, Rauennæ aūo Zeno. 10. Regia sede firmata, Dalmatiā, Italiā, atq; Syçiliam annos ipse 38. & successores 34. obtinere, supra fere gentis suæ naturam prudens, atq; moderatus Princeps, datis è sua gēte Italiæ præfectis, Romæ, ab se restauratæ, totiq; Italiæ militia, & armis interdixit. Qua primū Roma literarum olim, & armorū Princeps, literis simul, & armis destituta, Barbaris, quorū Domina fuerat, seruire cœpit. Sub initium Imperij Xenonis. Longobardi, Rugiā eius, ab Herulis in Italiā profectis, occiso Rege, uendicarunt. Franci autem, qui Meroueo Rege, Galliam inhabitare, atque Gallorum lingua uti cœperant, nunc Hildericho Rege, exclusis Romanis, ab Agrippina, quam captam, Coloniam sibi fecerunt, Constantiam usq; omneis Rhēni ciuitates. Lepōtios, Valestenses, Lausanenses suis adigere tributis, atq; præfectis. Hinc Anastasio defuncti Zenonis Silentiario, relictæ imperatricis opera, ad imperium euecto, Clodoueus illustrum Francorum regum nulli secundus, Alarico Visigothorum Rege, Romanorum & Aluernorum præfecto, peremptis, atq; consanguineis regulis uī, fraudeq; deletis, solus uniuersę Gallię terminos suæ ditiōis fecit. Ultra Mosam & Lygerim Neustriam, citra uero, ad Rhenum, Austriam uocauit. Parisium caput regno dedit. Burgundos, atq; thuringos domuit. Graui tum Sueuorum uictoria, & ab uxore, Burgundiorum Regis nepte Gothilde persuasus, cum 30000. Francorum, primus eius gētis regum Christo, per Sanctum Remigium Remensem Archiepiscopum, oleo cœlitus demisso, initiatus est anno regni 15. ab Anastasio Imper. Baltheo, Toga Patritia, & aurea corona donatus, in foeliciter cum Theodorici Italiæ regis, generi sui copijs in Vasconia pugnauit.

Pontiff.

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.

PONTIFICATVS ROMANI

successus.



52. Hormisda.
9.
55. Ioannes i.
3.
56. Felix iij.
2.
57. Bonifa. ij.
2.
58. Ioannes ij.
2.
59. Agapitus i.
1.
60. Syluerius
1.
61. Vigilius
17.
62. Pelagius i.
11.
63. Ioannes iij.
13.
64. Benedict. i.
2.
65. Pelagius ij.
10.
66. Gregorius M.
12.
67. Sabinianus
1.

h Ormisda Campanus, Regibus charus, hæreticis exosus, & in Ecclesiam magnificus. Nuptias publice agi decreuit. Manicheos, palam eorum combustis libris, oppressit. Ab Anastasio Imper. contemptus, iniquiente Imperatoris esse imperare, nō

imperata Pon. uel cuiusuis recipere. Sed à Iustino confirmatus, Ecclesiarum pacem obtinuit. Ioannes i. Tuscus, à Iustino Constantinopoli honoratus, Theodorici Regis, paulo post in Vulcani ollam deiecti, iussu, carceris pedore, fameq; consumptus, Martyrum numero est adscriptus. Ante cōtestatam litē possessorem restitui iussit. Felix iij. Samius Constantinopolis patriarcha male fidei damnauit. Diuis Medicis Cosmo et Dammiano templum dedicauit. Bonifa. ij. R. scismate subla
Laicos à ele-
ricis in eccle-
sia separādos
to. Clericos à Laicis in ecclesia segregauit. Ioannes ij. R. Iustinianum exilium minantem, animi constantia, benignitateq; uicit, atq; placauit. Eundem Imperatorē Agapitus i. R. Presbyteri filius, ab Arrianis in Cōstantinopolitana Synodo, ubi mortuus est, auertit, & dominicas pcessiōes instituit. A Theodato Rege Constantinopolim Legatus missus, in sumptum aurea, & argentea diui Petri uasa fœnori dare coactus est, à rege postea redempta, atq; restituta. Syluerius Hormisdæ Pon. filius urgente Rege creatus, sed accusante Vigilio proscriptus, martyriū pertulit. Vigilius R. Constantinopolim Theodorici Imperatricis iussu tractus, in Quinta principe Synodo contra Theodorum Constan. patriarcham, Euthyci, Arriocq; dissentiens, flagris expirauit, hic dolo, ille uis Pōtifex, ambo pœna data, Sanctis adnumerati. Pelagius i. R. ecclesiam in magna tribulatione conseruauit. Canonicas preces ecclesiasticis quotidie per orandas instituit. Et opuletiss. lucri defunctorū suffragia adprobauit. Hæreticos atq; schismaticos, haud
Canonice preces atq; defunctorū memoria instituta.
paruo ecclesiasticorum leuamine, seculari potestate coercentes indulgit. Ioannes iij. R. prodigiosam tempestatē, perturbationibus, & annis plenus morte superauit. Quo tēpore Armeni Christū recepere. Benedictus i. & Pelagius ij. Ro. Longobardorū, celiq; bellis, fame, pesteq; sunt exhausti. Hic absque Ro. Principis autoritate creatus, offensam, missio Constātinopolim Gregorio, deprecatus est. Gregorius Magnus R. nulli Romanorum Pon. & uite integritate, & doctrinæ copia secūsus Ecclesiæ, morumq; doctor, atq; reformator diligentiss. inter Latīnos diuinæ scripturæ interpretes cum sanctis Hieronymo scilicet, Ambrosio, & Augustino primas, Pon. decreto tenet. Diuo benedicto monasticorū patriarche, q sub
Benedictus Abbas.
Felice iij. in Cassino monte, monasticen sancte uiuendo, docendoq; instituerat, dedicatus, aliquot monasteria cōdidit, & in eis aliquot milia cœlibum fouit. Ro. Pon. primus seruorum Dei seruum se nominans, Cōstantinop. patriarchæ,

g tum cæ-

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.Reges ad
Christum con-
uersi.Ro. Episcopus
Papa ap-
pellatus.Cōstantinop.
Synodus.

68. Bonifa. iij.
1.
69. Bonifa. iiii.
6.
70. Deusdedit
3
71. Bonifa. v.
5.
72. Honorius 1.
13.
Vacat mens. 19.
73. Seuerinus ij.
1.
74. Ioannes iij.
2.
75. Theodorus 1.
6.
76. Martinus 1.
6.
Vacat mens. 12.
77. Eugenius 1.
3.
78. Vitalianus
15.
79. Adeodatus
2.
80. Donus.
5.

tum ceteris Episcopis, uniuersalis Episcopi nomen decre-
to derogauit, sed & minaci imperatori constanter restitit.
Instituta Litaniarū supplicatione, qua una processione 8000.
hominum subitaneē cōciderant, pestem abstulit inguinariā.
Diem beatiss. Mariæ Purificatiōi solennē, sub Vigiliis Pon-
contra pestilentiam Constantinopoli in fastos relatum, à Ser-
gio Pon. cæreis illustratam, atq; Palmarum diem festa proces-
sione honorauit. Cinerum diem, cineris aspergine quadrages-
genarij ieiunij principium sacrauit. Veniarum assertor, non
uenditor fuit, Sacrorum, atq; canticorum normam, ab eo Gre-
gorianam adpellatam, digessit. Kyrie eleison cecinit, & Alle-
luia. Missæ ritum, consarcinato Canone, deinceps obseruatū,
cōpilauit, atq; commendauit. Attamen Concubinariorū mis-
sas audiri uetuit. Eius opera, Edelbertus Angliæ rex Christo
baptizatus, Agiulfus item Longobardorum, & Richaredus
Visigothorum reges. Arrio deserto, Catholicam fidem rece-
perunt. Sabiniānus Tuscus, Cāpanas, et Lampades sacris addi-
dit. A beato Gregorio, quod eius scripta comburere per inui-
diam niteretur, horrendo noctis uiso stupefactus, infami mor-
te subito concidit. Bonifacius iij. R. Post, uti longam, atq; per-
tinacem, ita Christianæ rei noxiā, atq; pudendam Romanī,
atq; Constantinopolis Episcoporum primatus inter Christianos
ambitionē, Hic suas in partes persuaso Phoca, tum Patrū pa-
tris obtento nomine, Quod Papa nouum principatus uoca-
bulum, crediderim tunc æditum, indicare uidetur. Romanā
Ecclesiam, atq; Ro. Pontificem, illam omnium Ecclesiarum,
& hunc omnium Episcoporum principem esse, sancita lege, decla-
rauit. Imperatoribus statuendi Ro. Pon. abrogato iure, reli-
quorum Episcopum institutionem Cleri, populique suffra-
gijs, magistratus, autoritate confirmatis, indulsit. Bonifa
iij. Marcus Pantheon. M. Agrippæ opus, à Phoca impetratū,
eiectionis Idolis, Diuæ Virgini Mariæ & omnibus sanctis con-
secrauit. Deus dedit R. spirituali cognatiōe iunctis matrimo-
nio interdixit. Bonifa. v. Cāpanos sacrilegos ab Ecclesijs ex-
clusit. Sed ad Ecclesias cōfugientes, immunitate donauit. Ho-
noriū i. Campanus, Ecclesias restaurans, Heraclij permissit,
æreas Romuli ædis tegulas Sācto Petro supertexit. Eo, & Se-
uerino ij. R. perturbationibus oppressis, Ioannes iij. Dalma-
ta, sacrilegos quadrupli restitutione dānauit. Ex ecclesiæ The-
sauris, latro spoliatori superstitibus, captiuos, non agnatos, re-
demit. Theodorus i. Græcus, In omnes præterq; hereticos pi-
us. Martinus i. Tudertinus, 250. Episcoporum Synodo, Cō-
stantino. Episcopo Paulo dānato, imperatoris iussu proscriptus
est sanctus. Eugenius i. R. Delinquentibus Clericis carce-
rem statuit. Vitalianus Campanus. Ecclesiasticam regulam
composuit. Organa musica choro miscuit, & Anglos in fide
continuit. Adeodatus R. Donus R. Rauennatem Ecclesi-
am Romanæ subiugauit. Agathon Syculus, Leprosū
osculo

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

81. Agathon.

2.

Vacat mens. 17.

82. Leo ij.

1.

Vacat an. 1.

83. Benedict. ij

1.

82. Ioannes y.

1.

85. Conon.

1.

86. Sergius 1.

12.

87. Ioannes yi

3.

88. Ioannes yij

3.

89. Sicinius di. 20.

90. Coustantinus 1.

7.

91. Gregorius ij.

17.

92. Gregor. iij.

10.

93. Zacharias

10.

92. Stefa. ij

5.

osculo sanauit. Neminem ab se tristem abire permisit. Sub eo Synodus sexta 289. Patrum Constantinopoli contra Macharium monothelitam acta est. Leo ij. Syculus, Latine & Græce peritus, Musicus Hymnorum, atq; psalmorum contentū arte digessit. Propallij episcopalis, uel alterius ecclesiastici officij collatione nil mercis reddendum esse statuit. Benedictus ij. R. uita suæ reuerentia, ab Imper. Con. obtinuit, ut, quem de incept Clerus, Populus, & exercitus Ro. Pontificem elegisset, Is mox absq; ullius alterius autoritatis interuentu uerus Christi uicarius haberetur. Ioannes v. Syrus. Pon. Ro. consecrationem tribus Episcopis Hostiensi, uidelicet Portuensi, & Veliterno tradidit. Conone Thrace Angelico adpellato, pie defuncto, Sergius 1. Syrus à Leone ij. pacis osculo dato, ter agnus Dei cecinit. Sua quoq; sanctitate Saxones & Phrysones audientes Christo fecit. Vbi Phrysonum Rex Radbodus pedem è baptismo retraxit, inquit, plures, atq; potentiores sequi sanus est. Hos subito quarta die secutus ad inferos. Ioannes vi. Ioannes vij. Græci, Sisinus Syrus uiri fideles, Cōstantinus i. Syrus à Iustiniāno Imper. Constantinopolim uocatus, priuilegijs impetratis, honoratus Romam reuersus, Phisippicum, quod sanctorum statuas prophanasset, impietatis damnauit. Gregorius ij. Syrus. Iouis diem, dominica cœna lætam, quadagesimali ieiunio subiecit. Nullibi, quam sacro in loco, missas agi uoluit. Multos Germanorum per diuum Stephanum primum Moguntij Episcopum Christum, & Ro. Pon. docuit. Ab imperatoris persecutione Longobardorum auxilio defensus, execratione in Imperatorem relata, statuarū persecutores in mortem usq; persecutus est. Gregorius iij. R. Latine Græcque doctus, antecessoris de colendis imaginibus actis Romæ 903. Patrum Concilio firmatis, latū in imperatorem anathema grauauit. Italiam Imperatorio sacramēto absoluit. Qua Rauennates, atq; Romani, Imperatore deserto, Duces sibi præfecere anno Pon. 3. Tum indignantes Longobardos à Romanæ urbis obsidione Caroli Martelli præsidio remouit. Zacharias Græcus inter augustos Pon. numerā

Canticorum
ordinat io.Saxones &
Phrysones
Christum au-
dire ceperuntPrimus Mogū-
tie EpiscopusIus ponēdi de
ponēdiq; Prin-
cipes Ro. Pa-
pe factum.Pipinus Fran-
corum rex.

g 2 dis adem-

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.Pon. tumultu
atio.

95. Paulus 1.

16.

Synodus pro
statuis.

Vacat mens. 13.

96. Constantinus ij.

1.

97. Stefa. iij.

2.

98. Adrianus 1.

22.

99. LEO iij.

21.

100. Stefan. iij.

1.

Imperij ius in
priuilegium
mutatum.

101. Pascalis 1.

7.

102. Eugenius ij.

2.

103. Valentin. dies 20

Carolus Impe
rator creatus

104. Gregor. iij.

16.

105. Sergius ij.

3.

106. Leo iij.

8.

Ro. Imperij
Pon. subiectum

Ioannes scernina.

2.

107. Benedict. iij.

3.

108. Nicolaus 1.

10.

dis ademptū, Rauennā scilicet Exarchatū alieno Francorū do
no Regis obtinuit. Italia iam non solum, & Romanorū Pon
tifex, sed & uel omnium Christianorum Principum, Impe
rator esse, & a perferarijs gestari cepit. Exarchorum magi
stratus desijt. Paulus i. Ro. uir adeo pietati deditus, ut non
solum bona bonis, uerum etiam pro malis bona reddiderit.
Constantinus ij. R. fratris Nepefini Ducis, Desiderio Re
ge suadente, manu, nullis dum initiatus sacris, ad Ponti
ficatum, ut ui euectus, ita uicissim ui in monasterij carcerem
deiectus est. Tum Stefanus iij. Syculus legitime suffectus,
conuocata Episcoporum Synodo, deiecti Constan. Pon. om
nibus, praterquam Baptismi, & Chrismatis, abrogatis ac
tis, Anathemate lato, statuit, Neminem scilicet, nisi rite
sacris initiatum Pontificem, uel Episcopum creari, sed
& Constantinopolitani imperijs, Græcorumq; de abolendis
diuorum imaginibus Synodum tanquam hæreticam exe
crauit. Idem egere Hyerene imperatrix Nicomediæ. Adri
anus Pontifex Romæ, & Carolus Rex Francofordiæ. Adri
anus i. Ro. magnanimus Pontifex, anno Pontificatus sui 3.
Suo ductu per Francos Longobardorum regno deletō, In
153. antistitum conuentu, damnatis diuorum imaginum exe
cratoribus, a Gregorio Magno compilatos, Missæ ritus Oc
cidentalibus Ecclesijs imperauit, Francorum regum fauo
re prolatatos, atq; ditatos. Tum Carolo Francorum regi, qui
Pontificatum Ro. ab externorum persecutione liberauerat,
atque Pipini patris sui Pontificibus donata confirmarat, &
auxerat. Eligendi Ro. Pon. Item & instituendorum in reg
no Episcoporum, Abbatum, & prælatorum priuilegium tra
didit, a Leone postea confirmatum, sed a successoribus mox
ueluti hæreticum repudiatum.

Leo iij. R. Pontificibus Ro. ab exterorum insectatione iā
num liberatis, tū uero mox intestinis ambitionibus agitari ce
ptis, uir ille pius a factiosis ciuibus, & clericis impie tractatus
& expulsus, ad Carolū Francorū regē cōfugit, cuius ope resti
tutus, atq; suapte sacramento purgatus, eundē, seclusis negli
gentibus Græcis, ut obsequentē unanimi Ro. consensu, anno
Pon. sui 6. ipso die Christi natalis in ecclesia diui Pet. Christia
nissimū adpellatū, Ro. Augustū unxit, atq; coronauit. Ac si
mul Pipinū eius filiū Italię regē pronunciauit. Imperiū subin
de Ro. quod ante ē cœlo dari creditū, Ro. Pon. dabat, in Pon.
arbitrium deuolutum, uicissim Ro. a Pon. a nomine datur im
peratoribus. Vnde Stefa. iij. R. citra Imperatoris assensum,
Pō. est adpellatus. Post Pascālē i. Ro. suburbanarūq; ditionū
Lud. dono principem, Eugenium ij. & Valentinū, pie defun
ctos Romanos. Grego. iij. R. & Lud. Imp. anno scilicet Pon.
2. aquisgrani habita Synodo, decretum est, ut sacerdotes
dimisso fastu, luxurq; ne ulla a sacris rite libereq; tractandis
impedirentur occasione, quod honesto statui suo congruat,
singuli

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.

109. Adrianus ij.
6.
110. Ioannes viij.
10.
111. Martinus ij.
2.
112. Adrianus iij.
1.
113. Stefa. v.
6.
114. Formosus.
5.
115. Bonifa. vi.
dies 26.
116. Stefa. vi.
1.
117. Romanus
mens. 2.
118. Theodorus ij.
dies 20.
119. Ioannes ix.
2.
120. Benedict. iij.
3.

singuli singula teneant sacerdotia. Idem Longobardorum a u
xilio grauiss. utrinq; cæde, Mauros Saracenos ex Italia profl
gauit. Omnium sanctorum festum Gallis, atq; Germanis co
lendum tradidit. Sergius ij. R. Pontificibus initiatis nomina
mutauit, Os porci uocatus. Leo iij. R. Vir sanctus cū oratiōe
tū occūbentibus Christianis salute pmissa, Ludouici Italię re
gis adiutorio Saracenis altera graui strage propulsis, Varica
nū, Leoninā ciuitatis adpellatiōe, mœnibus cūxit. Pe. & Pa.
templa, suburbiaq; desolata restaurauit. Precibus item Regu
lum exitiosum serpentem, & uagans per domos incendiū ex
tinxit. Ab Edeuulfo Anglorum rege cum filio Romam pro
fecto, de singulis regni adibus duorum denariorum tributū.
S. P. deuotum, suscepit, atq; deinceps exegit. Ioannes Mogun
tinus fœmina Pontificatū doctrinā morumq; præstantia cō
paratum infami partu defuncta, reliquit. Benedic. iij. R. & in
uiuos, & in mortuos pietate charo, elato, Nicolaus i. R. igna
uo Imperatore præfente, & adfentiente, Sæculares quoscunq;
seu reges, seu Principes, nullum in ea, quæ sunt sacerdotum,
ius habere declarauit. Sed & illos a cōcilio, nisi de fide agatur,
exclussit. Rom. Pontificum decretis, & epistolis authoritatem
Apostolicam statuit. Se pro Pōtifice ingerentē Apostasię no
tauit. Concubinarioꝝ missas uitauit. Sua exhortatione Bul
garos recta imbuit fide. Quo mortuo, nōnulli scriptores, abs
que data causa, annos 8. & mens. 7. Pontificatum uacasse scri
bunt. Alij uero Agapitum, atq; Basilium inserunt. Adrianus
ij. R. in pauperes largus, Sæculares decreto à Pon. electione re
iecit. Bulgari, q̄s in fide Ro. sedis tenuerat, eiectis latinis pre
sbyteris, a Ro. ad Constan. Sedem defecere. Ioannes viij. R. e ci
uium uinculis liberatus, Irregularitatis censuram homicidis
omnibus, etiam clericis inflixit. Omnes item, qui non sacrum
de sacro, uel sacrum de non sacro raperent, sacrilegiū puniuit.
900. Intra centū annos Ro. ecclesię priuilegio præscribi negauit.
Martinus, Gallus ij. Pontificatum ambitione quæsitū, breui
sine honore dimisit. Adrianus iij. R. Sua magnanimitate, Ni
colai decreta confirmauit. Ne scilicet in creando Pon. Imperi
alis autoritas expectetur, sed ut libera sint Cleri, populiq; R. Pontificis
suffragia. Stefa. v. R. in magna Christianorum tribulatiōe de
functo, Pontificia maiestas, quæ hæctenus & libera, & chara
multis obtigerat uiris & integris, & illustribus, deinceps, &
uiolenta, & uenalis multis obtigit, & indignis, & uix à nomi
ne notis. Formosus porro uinculorum Ioannis viij. conscius,
ab Episcopatu Portuensi in prophanum ordinem actus, largi
tione, factioneq; per Martinum Pon. & Arnolphum Imper.
Romanum est adeptus. Bonifa. vi. Tuscus Sola nunc legiti
ma electione memorandus, & uitæ breuitate felix. Corrup
tum, atq; confusum hoc sæculum, corruptam, atq; confusam
historiam reliquit.

Saraceni ex Ita
lia pulsi.Anglorum
uotum.Sæculares ab e
lectione Pon
reiecti.Imperator à
Pontificis
electione ex
clusus.Romani Pon
tificatus con
fussio.

g Imperij

CATALOGVS ANNORVM
INPERII ROMANI CONSTANTINO.
politani successus.

IMPERII ROMANI
Con. Imperatores &
anni.



Thuringorū
regni finis.

52. Iustinus senior.

9.

55. Iustinianus M.

Vandalorum
regni in Afri
ca deletum

38.

56. Iustinus iunior.

11.

57. Tyberius ij.

7.

Gothorum in
Italia finis.

58. Mauritius.

20.

603.

LONGOBARDORVM
in Italia regnum.



Exarchus
unde.

Nastasio in Ro. Pon. indignatione, quam ob Eu-
thitium errorem, & Pon. legatorum contemp-
tum inciderat, fulmine defuncto. Iustinus Senior,
mire sortis Princeps, ignobilis Thrax, à puero sub
ulcus, hinc bubulcus, hinc lignarij seruus, hinc mi-
les, hinc Dux, hinc ingenua fraude nobilis Imperator factus.
Rectæ fidei zelo, Arrianos expulit, sed Theodorici Regis
minis, atq; Ioannis Pon. lachrymis exoratus recepit. Sub id
tempus. Francogalli, Ermenfrido rege cum tota domo à The-
odorico Metenium rege interfecto, Thuringorum regnum
deleuere. Vbi Radegundim regiæ stirpis captiuā, Lotharius
Suessionum rex uxorem duxit inter sanctos relatum. Itē Gū-
demaio auunculo Rege, ab Hildeberto Parisiorum Rege de-
pulsio, Burgundiæ regnum subigere. Iustinianus M. Iustini
ex sorore nepos, Sapientum, Doctorum consilio, leges, & uni-
uersam iuris Cæsarei disciplinam in codices digessit. Illustri-
um uero ducum uirtute imperium à Barbaris oppressum, ma-
gna parte recuperauit. Anno nempe imperij sui 3. per Bellisa-
rium patritium Persas compescuit. Anno 6. Gilihero crude-
lissimo rege, aureis uinculis ingenti Vandalorum strage tri-
umphato, Aphricam recepit. Anno 15. Sycliam, & Vitigem
Ostrogoth. Italiæ Regem cū multis nobilibus uiris, regiæq;
gaza post grues utrinq; cades, Mediolani quoq; cum 30000.
ciuium excidio, retinuit. Anno 10. per Mundum in ea pug-
na cum filio cæsum, profligatis Gothis, Salonam, atq; Dalma-
tiam omnem cepit. Bulgaros anno 12. duobus cæsis regibus
è Thracia pepulit. Per Ioannem Mauros domuit anno 21. An-
no 29. bello 18 annorum confecto, Per Narsetem eunuchum
Longobardorum confœderatorum auxilio, Totila 10. anno-
rum Rege, Qui Athilæ titulo à beato Benedicto cum manus
osculo ei tributo gloriabūsus, Italiā totā maximis adflīxerat
calamitatibus. Roma dira fame proditā, aſno imperij 18. captā,
euerterat, atq; secundo repetitam, restaurauerat. Tum mox
Theia rege peremptis, Gothicum & nomen, & regnum, cum
Herulorum, Francorū reliquijs, Italiā recepta, deleuit. Hinc
ex Persarum, Vandalorum, Maurorum, atq; Gothorum spo-
lijs Monasterium, & Hospitalia duo Romæ, Cōstantinopoli
splendidiss. diuæ Sophiæ templum dedicauit. Eo uero in aua-
ritia, uesaniaq; defuncto, Iustinus iunior, improbus & homi-
num & Dei contemptor, Tiberio adoptato, priusquam ina-
mentia exaruiſſet. Eius anno 3. Narseti Imperatricis ludibrio
ad colum non impune uocato, successorem dedit. Ro. Pont.
aduersarium, Longinum, qui Rauennæ sede posita, nouo gu-
bernationis uocabulo Exarchum se dixit. Tum Roma præſi-
dis nomen in Ducis uertit, Vnde ducatis aureis adpellatio
manet

IMPERII ROMANI
Con. Imperatores &
anni.



59. Phocas.

8.

60. Eraclius.

29.

61. Constantin. iij.

men. 3.

62. Eracion.

2.

MVHAMAD Saracenorum legis-
lator & Princeps.



manet. Anno 7. Longobardi. Qui sub Gratiano è Scandia Germanici Oceani insula profecti, Vandalorum sedes, hinc anno Iustiniani 3. pulsus Gepidis, Pannoniam annos 42. occupant, non indigna Narsetis iamnum 17. annum Ro. Con. Italiae tutoris integerrimi, indignatione prouocati, assumpto Saxonum praesidio, totam Italiam, Roma duntaxat inuicta, Alboino 11. eius gentis rege captam per annos hinc 204. possidere. Tum Auares Hunni, Pannoniam, Et Sueui, Sigisberto Austrasiae rege concedente, Saxonum relictas terras acceperunt. Saxones autem Longobardorum imperium aspernati, sub ultimum Tiberij annum reuersi, Sueuis 20000. caede reiectis, Vuestvualen à Teutonis dicti, profectiois suae monumentum Mediolanum in Vuestvualia condidere. Tiberius ij. Vir optimus, atq; ditissimus, pauperum sustentator, uictis Persis, atq; seruatis ab hoste, fameq; Romanis, Mauritium gente Cappadocem, ex scriba generum, tum imperatorem creauit. Qui domitis Persis, Hunnis, & Armenis, Gregorium Pontificem uexans, auarus homo, cum uxore, & liberis à Centurione Foeca militum in tumultu est interfectus. Primo tunc in Asia auditur Turcarum nomine. Sed & id temporis Sycliam Saraceni deprædant. Longobardi Romam per annum obsederunt. Et Sclauum Scytharum, relicto Bosphoro, pars una in Borreum uersa, Polonorum, atque Bohemorum nomen accepit. Altera in Austrum profecta, Istriam ab se captam, in Sclauoniam uertit. Phocas perfidorum opera militum Romanorumq; favore creatus Imperator, ambientibus illis Romanis, summum inter Christianos Pontificatum edicto statuit. Qua subinde, quantum imperij Ro. Pontifici accessisse, tantum, & plus, id atq; uel hodie Christi flagellum Turcae docent, rei præterea cum auaritia, ignauiaq; imperium disperderet, tunc ab Eraclio Aphricae propratore mari demersus est. Quo tempore Auari, qui Bauari, Hunnorum reliquiae, Longobardos pene excidere. Sed & Constantinopolis Imperium declinare tunc coepit. Sclauum nempe Dalmatiam, & Illyricum. Bulgari uero Thraciam praemebant. Cosdroas autem Persarum rex, anno Eraclij primo Hierosolyma 90000. Christianorum caede, sacrorumq; prophanatione capta, Syriam, hinc anno 6. Asiam, Aegyptum & Aphricam rapuit. Eo tum pacem demente, anno 18. diuinitus ab Eraclio superato, imperium Asiæ & Aphricae recuperatum, Zacharias Hierosolymorum Patriarcha cum Dominica cruce restitutus est. Eodem præterea anno, imperatore in Iudaeos fauente, Caterum in segnitiam, luxumq; prolapsus, Machumetus, Arabum, Agarenorum, seu Saracenorum legislator & Princeps, multis Asiæ Aphricaeq; populis in suam religionem, uario Iudaeorum, Christianorum, gentiumq; ritu conflatam, persuasis, anno Era. 21. Saracenorum Aegypti regnum, subactis, in quorum potestate fuerat, Persis

Longobardo
rum in Italia
regnum.

Scriba impe-
rator factus.

Sclauorum
successus

Orientalis im-
perij declina-
tio.

Cosdroe Per-
se uictoria.

g + inchoa

IMPERII ROMANI

Con. Imperatores &
anni.Saraceni Ae-
gyptu, Persia
& Syriam ce-
perunt.Francorum
successus.

63. Constantius ij.

26.

Britannia Frā
corum facta.

62. Mezentius

mens. 6

65. Constantinus iiij.

17.

66. Iustinianus ij.

10.

67. Leontius

3.

68. Abisimar.

Saracenorum
clades.

7.

705.

sui 11. Bulgari Scythæ, Bathaia Rege, in Mysiam, à profligato imperatore pacis lege dimissam, regnum posuere. Anno 16. Picti, Scoti, Britones ab Anglorum iugo se detraxere. Iustinianum ij. Con. filium, in omnis perfidum, naso mutilatū, Leontius, & hunc simili dedecore affectum, Abisimar Tyberius proscripsit. Quo secundum annum imperante, 200000

Saraceno



inchoauit. Hinc ad Era. ex Priapismo obitum, Muhama Saracenorum legis, regniq; conditore anno uitæ 34. & regni 6. in Maca Persarum Vrbe pensili ferrea in arca sepulto, Saraceni Haumar Duce Phanicem, Damascum, urbium primam Muhamæ templo fœdatam, Aegyptum, Hyerosolymam, & Antiochiam cum grauiff. Christianorum iactura, Syriam itē omnem, & Persidem debellarunt. Annum uero circiter Hera. 6. Lotharius ij. adulterg, homicidæ, sacrilegæq; Fredegen dis filius, Francorum rex 8. extinctis Regina Brumhildis sce lere. x. cōsanguineis regibus, uniuerso in se coacto regno, hos Duces aliquot regni prouintijs imposuit. Genebaldum Francum, Francofurt ad Menum conditorem, Teutofrancis, Pippinum Francum, Maumurcij Comitem, & Brabantia ducem Picardia, & Flandria, huius Patrem Andegisum Pallatio. Comitem Radonem. Austrasia. Comitem Harponem Burgundia. Et Sigisbertum nepotem, eius Theodeberti Aure lie regis filiū, cuius 3000. cede ad se fugati, capite, Colonienses, Theodoricū Metensiū regem huius fratē, pacarāt. Ducis ad pellatione, Lausanensibus, Sedunis, Curienfibus, Constanti ensibus, Basiliensibus, Alpium, & Rheni colonis præfecit. Longobardis, iſto fœdere, tributum laxauit, Victis uero à Sa xonibus 500. boum exegit, Id tum eisdem relaxatum, fufis im perauit Sclauis rex Dagobertus i. Qua uictoria Britanniam defensam, Nidicahillis liberati Ducis ad sensu, Francorū regno coniunxit idem. Eraclion, Era. priuignus Constan. iiij. Era clij filio, à nouerca Martina Eraclionis matre toxico sublato, inique cum matre imperans, à Constante ij. Constantini filio, trunco naso, cum matre reſecta lingua proſcriptus est. Hic aut tem iniquiff. & hæreticus. Anno imperij ſui quinto Saracenis Aphricam, ſolo tum æquata Carthagine, anno 12. Rhodū nauali pugna turpiter uictus reliquit, anno 17. ab hīs pacto, tributum exegit dietim numos 1000. Seruum, & equum. Anno 21. à Longobardis reſſus, Romam diebus vij. grauius, quam ante multis añis barbari ſpoliauit, Veterum greis, mar moreisq; monumentis, atq; ſacris omnibus cum Pontificia di reptis. Hinc Syracuſas reſſus, perofus omnibus, in balneo ab Armeno Mezentio, tum is à Constantino iiij. Constantis fi lio ibidem eſt occiſus. Hic Saracenis 30000. cæde terra, & ma rino igne recenter inuento, mari deuictis, 30. annorum pacem 3000. auri lib. 50. mancipiorum, totidemq; equorum tributū imperauit. Eccleſias reparauit, Romanis Græcos conciliauit Sed fratres, ne conregnarent, naſo mutilauit. Anno imperij

IMPERII ROMANI
Con. Imperatores
anni.

Iustinianus ij.

6.

69. Philippicus.

2.

70. Anasta. ij.

3.

71. Theodox. iij.

1.

72. Leo iij.

22.

73. Constantin. v.

35.

72. Leo iij.

5.

75. Constantin. vi.

19.

800.

TVRCA.



Saracenorum in Syria sunt à Romanis interfecta. Hos uero Iustinianus Bulgarorum auxilio restitutus, occidit. Iustinianus ij. recuperato impio, amicis & inimicis grauis, inmutati nali uindictam, quoties stillantem illum detergeret, aduersæ factionis uel innoxium unum occidit hominem, Philippicū à Tiberio metu proscriptum, occisurus, ab eodem cū filio est occisus. Eo imperatorum tumultu Saraceni repetitam Lybiā, Aphricam, & Mauritaniam retinere. Et Veneti auctæ R.P. suæ Ducem unanimi seruantæ præfecerunt. Anastasius ij. Constantinopolitanus ciuis arrepto principatu, cōciuem Philippicum hæresis, ob imaginum abolitionem damnatum, oculis, imperioq; priuauit. Theodosius iij. publicanorum scriba, Imperare iussus, Anastasio fideli ad sacerdotiū ui compulso, à Leone iij. Syro, Orientalium prætor, uir deuotus in monasterium est actus. Hoc igitur primum annū imperante, Saraceni à Bulgaris 32000. cæde profligati, 3000. nauium classe Constantinopolim triennio cinxere, interim pestilentiali 300000. hominum nece adflictam, nauibus quinq; uix à tempestatum ui saluis, obsidionem soluerūt. Meliore uero successu, illo eodem anno, inter eos, atq; conuenerat, ex Aphrica, uel à Iuliano Visigothico Duce in stupri per regem commissi ultionem, prouocati, Mucha principe atrociss. s. di-
Crudele facinus.
Venetorum Ducatus.
Visigotharū regni finis.
Caroli Martelli uictoria
Pipini Regis laus.
 erum conflictu, perempto cum 100000. Roderico Libidinoso rege, Hispaniam totam, præter Asturum, Cantabrorum fidā constantemq; nationem, quæ tum pelagium, Sanillæ Cantabriæ Ducis filium, Legionis, Asturumq; regem adpellatum, diuino præsidio seruauit, abolito Visigothorum nomine, sibi haud parum parua tum Christianorum, tum Romanorum ignominia, uendicarunt. Anno hinc 13. à Vasconibus aduersus Carolum Martellum Franciæ Pallatinum citati, Galliā, & Europæ reliqua subacturi, Vasconum pacatorum auxilio, à Cardo 385000. & Habidiramæ Regis apud Thuronū cæde, uicti, Narbonensem Galliam classe occuparunt. Quos illustrissimus ille triumphator, octo annorum bello, magnis cædibus, è tota Gallia cū Visigothorum reliquijs exterminauit. Huic Francorum regni auctori, Sueuorum, Bavarorum, Burgundionum, & Aquitanorum domitori in gloria, atq; Leonis diuorum imaginum execratori in Ro. Pon. execratione eodem anno uita defunctis, Illi scilicet Pipinus, Huic autē Constan. v. filij paternorum imitatores morum succedere. Ille fide regnum adeptus, & Ecclesiam Ro. à Longobardis defensam, auxit, atq; ditauit, ut deuotus Christianorum imperiali honore donatus, extitit anno Constan. 10. Hic uero perfidia Imperium simul & Ecclesiam, hereticis 330 patrum à Concilij imagines tollentis decreto infectam, diminuit, atq; spoliavit, ut sacrilegus, magus, & impius, imperij, fideliumq; communione interdictus, post saeuissimam Christianorū etiam defunctorū persecutionem, uiuus tartareo ab igne deuoratus est, Huius

Huius anno 3. Hunni septem castris firmatis, Harpad Duce Pannoniam ingressi, Albæ sedem posuere, sui generis populo mixti. Anno 10. Turcæ Hunnici sanguinis Scythica gens, Caucaſeis effractis portis, Asiam cis, & ultra Thaurum occuparunt. Atq; mox inde facto cum Saracenis fœdere, Persis & nomen, & regnum restituere. Hinc post Leonem iij. & Constan. vi. perditos, & execratos Imperatores. Hyrene Auaroꝝ regis filia Constan vi. prudens mater, ablato, propter impietatem cæcato filio, imperans, cum Carolo Francorum rege potentiss. Italicum imperium ex pacto diuisit. Quod Nicephorus Patritij generis Constantinop. Hyrene, ne Carolo nupta, imperium ammitteret, in Lesbum proscripta cōfirmavit. Is à Saracenis graui tributo subactus, à Bulgaris est occisus. Sic deinceps Orientis imperium, Saracenorum, Turcarumq; manū subiit. Occidentis autem, nec integrū Germanis, Ro. Pon. exaltationi suæ prospicientis opera, cessit, a. 491. Sic deniq; tunc, Augusta Ro. Imperij maiestas ab Orbe in angulū deducta, infensissimus olim sui nominis hostibus, tanquam peregrina facta, sponte se submisit.

Hunorū atq;
Turcarū suc-
cessus.

Imperij diui-
sio.

MONARCHIAE III. ROMANAE FRANCORVM

succellus, Ex Francorum & Germanorum historijs.

Carolus rerum ab se gestarum magnitudine cognomento Magnus. Teutofrancus à patre Pipino Brabantia, Austrasieque Dux, & Vornatiae coronatus Francorum rex. Aquitania recepta, tum Carolomanno fratre Sueffionum rege defuncto. Anno regni sui 6. ad Ro. Pon. instantiam, Desiderio. ultimo Longobardorum rege capto, Cisalpinā Galliam suæ ditionis fecit, reliqua uero regni ad patris dona. S. Petro subiecit. Inde Saxones 30. circiter annorum bello sibi, & Christo Vuittingendo scilicet, & Abbione Ducibus Christo baptizatis, domuit. Saracenis citeriorem Hispaniā abripuit, 40000. cedem à Vasconibus, postea deuictis, passus. Britannos, Bauaros Tassillone Duce monastica uita donato. Sclauos, Huños pene deletos, Sclauos, Danos, quorum rex Gotfridus irrequite Francos, Saxones, & Abroditas impetebat, & Nortmannos compeſcuit. Solus ipse principum cunctas intra Danubium, Vistulam, Rhenum, & Oceanum Barbaras nationes tributis adegit. Victis omnibus uictor plus cōtulit boni, quam hostis intulerat mali. Hinc a. 32. Imperator, cum aui,

Longobardo
rū regni finis



patrisq; tum sui meritis factus, Imperium Italiae, Dalmatiae, Calabriaeque finibus, à Græcis pacto determinatum, Regni titulo, Pipino filio subdidit. Quo defuncto, Lud. filio. Aquitaniae rege, Cæs. coronato, Bernardum pipino patri substituit. Plures quam ullus principum ecclesias condidit, atq; ditauit. Postremum inuictissimus ille, atq; potētissimus Francorum, & regum, & imperatorum uniuerso imperio religionis, pacisq; legibus stabilitus, ac filijs testato, anno uitæ 72. Aquisgrani imperij sede, in magnificentiss. operis sui Diuæ sacratio uirgini templo sepultus, in diuorum consortium est relatus. Sub eius imperij finem Bulgari Nycephoro Constantinopolis Imper. cum maiore Senatus parte casso, Michaelē castris exutū, cucullo induerunt. Ludouicus i. Caroli ex Hildegarde Sueuorum duce filius, tum à patre, tū à Stephano Ro. Pon. Imper. coronatus, singularis Christianæ honestatis & amator, & obseruator, adeoq; uir in omnis pius, ut à Lothario impio filio, quem iam, Bernardo scilicet defectiois ense punito, Italiae regem, & impij heredē dixerat, impie captus armis, & imperio spoliatus, euincente uero pietate restitutus, eidē iure tollenda, pie redidit.

Bulgarorum
succellus.

IMPERII ROMANI

Francorum Imperatores & anui.
Ex Reginone.



76. CAROLVS.M

12.

77. Ludouicus pius.

26.

78. Lotharius 1.

15.

79. Ludo. ij.

20

80. Carolus ij

2

81. Lud. Balbus

1.

82. Carolus iij

10

83. Arnolphus

12

84. Ludouicus iij

12.

85. Conradus 1.

7.

diderit omnia. Quo impio tumultu nonnullæ prouinciæ de-
fectionē tentarant. Saraceni Italiā, & Nortmanni Franciam
hostiliter inuasere. Sed & Carolinū imperium strenua uirtus
te partum, agnatorum regum tum ambitione, tum ignauia di-
minui cœpit. Lotharius i. porro, defuncto patre, cum Caro-
lo & Lud. fratribus paternam hæreditatem tanta strage di-
uisit, ut ea, regni uires adeo fuerint atrita, quo ne dum hostes
reprimere, sed & egre tueri sese potuerint, scilicet utrinque
plus centum uiginti millium cæde à fratribus ad Fontanetū
Alcisiodorēsis agri oppidum uictus, atq; alterū profligatus,
Ro. Pon. ac Principum interpellatione pactum est. Is primo-
geniti merito, Imperator nuncupetur. Romæ, Italiæ, Narbo-
nensi Gallia, Burgundiæ, & Austrasiæ superiori ab se Lotha-
ringiæ dictæ, Imperet. Carolus Gallofrancorum à Britannico
mari ad Mosam flumen Rex sit, Lud. autem Teutofrancorū
ab utroq; Rheni limite ad extremos Germaniæ fines regnū
teneat. Imperator, subinde constitutis Romæ magistratibus,
sua uite pœnitentia ductus, Premensi cucullo se deuouit. Tū
filijs, Lothario uiuxorio. Lotharingiā atq; Burgundiā. Et Lu-
douico ij. Logobar. regi Imperium tradidit. Dum uero cog-
nati reges iterum ambitione dissident, uel inertia desidēt Im-
peratores, Saraceni Asiani Christianis aditum in Palestinam
clausere. Aphricani autem pars, Hispaniā atq; confinē Gal-
liam, Pars Syçiliā Romæ suburbia, diuorum Pe. & Pau. tē-
pla, urbem ipsam Greg. Leoneq; P. tuentibus, & omnium Ita-
liæ, Dalmatiæ, Tarenti, Syçiliæq; orā, profligatis etiā Cōstan-
tinopolitanorū, Venetorū classibus, igne, ferroq; maxima cor-
rasa præda peruagarunt. Nec minore præterea Britones, sed
præcipue Nortmanni Francos, & Belgas calamitate tunc, atq;
deinceps adflixere. sed Abroditas, Danos, Normannos, Gal-
las, Bohemos, & Sclauos, à sui inuasiōe strenue retudit inui-
ctus Germaniæ Rex Ludouicus. Eo rege, Francis consangui-
nei, Sueuorū duces. Vuighardus, se Abbate primo. Lucer-
næ diuo Benedicto Monasterium cōdidit. Dietlandus Abbas
& Hulricus Custos heremitarum in Tigurino lacu. Item &
Manfen, Mansminster sacras ædes fundarunt, atq; dotarūt.
Eodem anno Car. Calui primo Francofordiæ regni sui sede
defuncto, relictī filij tres, relictum eis regnum in tria diuisere
regna. Vbi Senior Bauariæ Rex. Carolomannus Bauariam,
Pannoniam Carantum, Sclauoniā, Bohemiā, atq; Mora-
uiā. Ludouicus Ostrofranciæ Rex. Franconiam, Thuringi-
am, Saxoniā, Frisiā, & Lotharingiæ portionem. Carolus
Alemanniæ Rex. Alemanniā Sueuiā dictā, utrāq; Da-
nubiū à fonte ad Bauariā ripam, item, & Rheni intra Alpes
& Limagum flumen ubi Sueuorum nobile caput Duregum,
fines complectentem, sortitus est. Carolus ij. Franciæ rex, co-
nomento Caluus, à Nortmannis, à Numeneo Britonū rege,
& à Germanis adflatus, Balduinū Flādrig, quē tū Syluestris,
erat, in

Cognatorum
regum cædes.

Imperij diui-
sio.

Lotharingiæ
ducatus.

Germaniæ
rex.

Germanici re-
gni diuisio.

erat, in raptæ ab illo filia honestationem, generum factum, Comitem dixit. Homo uanus, elatus, & in agnatos, etiam filios impius, luperatis contentiosa uita nepote imperatore, ac fratre Germaniæ rege, Bosone uxoris fratre Prouintia rege dato, imperium ipse, ambitio ne, largitioneq; ab Ioanne Ro. pon. comparatum, Mantua, præstigioli Iudæi pharmaco, Ludouico filio cognomine Balbo reliquit. Quod dum huic Ioannes Pon. coronato firmas set, Romani, eo ab Imperatorum numero secluso, clausoq; in Carcerem Pon. Carolum iij. Grossum dictum, Alemanniæ regem assumpsere. Imperio iam ad Teutofrancos delato, tū is, Balbo mox inde mortuo, à Ioanne Pon. Romæ coronatus, paucos post annos citra san guinem utroq; Francorū regno potitus est. Vbi Nortmannis, cum auxiliariis Danis, post atrocissimam inferioris Germaniæ, Belgarum, Lotharingiæ Franciæq; depopulatio nē, ab illis illatam, quos partim ad Christum conuerterat, ac Frisia Gotfrido regi data, pa cauerat, sed e regno totos pellere non poterat, rebellium sibi Gallorum terram Neustriā, à uictoribus deinceps Nortmanniam adpellatam, pacis lege subdidit anno imperij sui ul timo. Quo mira rerum humanarum uicissitudine, optimo uiro imbecilli facto, tum e sum mo à se recuperato imperio, in summam inopiæ defectionem à Principibus deposito, Arnolphus spectiosus Caranti dux, Caroloman. Bauariæ regis e nobili concubina nothus, so lus tunc e tanta regia stirpe imperio dignus habitus, patruo, quem fouit, anno proximo, humanis exuto, subfectus. Ottonem Roberti Parrisiarū Comitum filium Vuittichindi no bilis e Saxonia profugij nepotem, à Carolo Grosso Imper. Franconibus præfectum, Dano rum 100000. caede e Lotharij regno profligatorem, Aureliensi Ducatu donatum, Franco rum Regem factum, euerso Sancti Dionysij oppido, ac sancti corpore Ratisponam trala to, regem esse consensit. Inuitus autem passus est illius ex fratre Richardo Burgund. Du ce nepotem Rodolphum, qui, se rege in Ottodoro coronato, Burgundiæ regnū intra Iu ram montem, & Alpes restituit uir strenuus, & eruditus. Italiæ regnum, foci sui Burchardi Sueuiæ Ducis caede, contra Berengarium ij. postea uero reclamans, Francorum reg num obtinuit. Henrico Imper. lanceam, inter Imperialia ornamenta cultam, impense ro gatus, donauit. Sed & Bertha Sueua coniunx sua, cum & in diuos, tum & in diuorum ædi tuos munificētissima fuit. Imperator aut uī Romā ingressus, à Formoso Pō. ab se restituto coronatus, Zuendebaldum Maharensum, & Sclauorum ducem, Bohemiæ ducatu ab se donatum, rebellem, infelici, Vngarorum e claustris euocatorum, auxilio domuit. Nortmannos pene contriuit. Lotharingis Zuendebaldum filium regem dedit. Postremum à contentiosa Italia magnanimis armis, sed ueneno infectus, in Germaniam reuersus, Para lyti resolutus, & à pediculis erosus, Ratisponæ cōditus est. Mox inde Berengarij successiue tres ex regia Longobardorum progenie foro Iulij duces Imperium Italiæ, contra Gallos, Burgundos, atq; Germanos uendicare sibi conati, Primus, Lud. iij. Arnol. filium, & Ly thulfi Saxonum principis generum, Veronę sibi proditum, oculis, atq; nummis spoliavit Id uero, & uero similis est, Lud. Bosonis Arelateni regi contigerit, Illo scilicet domesti cis bellis occupato, Quibus Lotharingiam à nothi fratris tyrannide redemit. Conradi fra tris Franconiæ ducis cedę, capitis multa, in Albertum Babenbergensem Comitem, pro dēte Magūtino Episcopo Hattone, à diabolis in ardentem æthnam raptō, uindicauit. Dif ficili strage uictor, per insidias uictus, cum Vngaris hostibus tributo pacem pepigit. Hī porro ab Arnol. imper. concitati, mox sub initium Imper. Lud. à Bauaris, Bulgaris, & à Græcis uictis, tributa exegere. Germaniam uicissim, & Italiam repetitis uicibus, hostili ter incessitarunt. Interea uero Mauri Saraceni Syciliam, Calabriā, Appuliam, Romanorū fines atrociss. diripuerunt. Lud. autem Imper. ab hisce perturbationibus elato, dum eius so rorius illustis Saxoniæ princeps Ottho, Imperium, ætatis ob grauedinem, recusatum, Cō rado i. Hassiæ Comiti, cæsi Conra. Fran. D. filio, ultimo ex Carlingorum stirpe Imperato ri prima hac principum, iuxta Car. M. decretum, electiōe decreuisset. Idem is Germaniæ Principi-

Flandriæ co=
mitatus.

Nortmanno =
rum in Gallia
sedes.

Otto Franco=
rum rex.

Burgundiæ re=
stitutū regnū

Berengariorū
imperium.

Hattonis Epi=
scopi faciunt.

Saraceni.



Principibus, aut armis, aut amicitia cōciliatis, seruatum, pro optimi Principis officio, præ
lata R. Pub. commoditate fratris Eberhardi Francorum D. amicitia, & hostis Henrici Sa
xonis inimicitia, moriturus, Principi tãq̃ inter Alemannos & uiribus, & ingenio pollen- *Imperiũ à Frã
cis ad Saxões
translatum.*
tiori, Hērico Otthonis Saxonis filio, suocq̃ cognato tradit persuasit. Sic Romani nominis
Imperiũ nunc à Francis ad reliquos Teutonum Principes ire cœpit. Hī uero tres post Ar
nol. Imperatores, tum propter factiosam Romanorum Pon. Italiæq̃ Principum ambitio
nem, tum propter graues intestinorum, hostiliumq̃ bellorum motus, Romanam coronā
non sunt adsequuti. Vngari, ad quos Arnoldus Bauariæ Dux à Con. Imper. ob rebellio- *Arnoldus Bau
uariæ dux.*
nem pulsus, cum uxore, liberisq̃ confugerat, ad Inum flumen semel ab Imper. Con. pro
fligati, tum uero nouis è Scythia Hunnorum turbis aucti, nimbosi turbinis instar, Germa
niam omnem, Belgas, utraq̃ Rheni ripas, ad solū euerſa Basilea, Alpes transuecti, Italiā
Romam usq̃ & Dalmatiam ferro, flammaq̃ cuncta uastando, sæpenumero, ac tam diu per
uagarunt, donec ab Otthone i. Imper. intra septa sua coacti, tum sub Hen ij. ad Christum
cōuersi, mitiores euasere. Sub id Veneti, Qui prius contra Pipinum, Car. M. filium Italig *Veneti.*
Regem libertatem suam, nunc aduersus Vngarorum rabiem, etiam uitam, strenue des
senſarunt.

h Pontifi

Pon. impietas



121. Leo v.
dies 2.
122. Christophorus
1.
- Saraceni Vno
gari. 123. Sergius iij
7.
124. Anastas. iij
1.
125. Lando
1.
- Saraceni ge-
nuā spoliant. 126. Ioannes x.
13.
127. Leo vi.
1
128. Stefa. vii
2.
129. Ioannes xi
2.
130. Leo vii.
2.
131. Stefa. viij.
3
132. Marti. iij.
2.
- Imperator
Pō. institutio
restituta. 133. Agapitus ij
9.
134. Ioannes xij
9.

Tephanus vi. R. pessimo contra decretum, uel in fringendi, uel auferendi maiorum decreta, exemplo, Formosi, cuius cadauer pōtificiali ornatu spoliatum, mutilis indicibus plebeia sepultura tradidit, acta penitus abrogauit. Huius autem uicissim acta reiecere Formosum probantes Rom. R. Theo. & Ioānes ix. R. Quiete decessit. Benedict. iij. R. Leonem v. ignobilē, ignobilis Christophorus inique, hunc uero Sergius iij. R. iuste carceri mancipauit. Impie tamen Formosi cadauer, capite truncum, ad indices in Tyberim demersit, à piscatoribus sanctorum imaginum cultu mire reductum, Anastasio iij. & Lādone R. obscure defunctis, Ioānes x. Sauri Pon. Sergij Sequus filius per tumultum Episcopatu Rauennensi deturbatus, ob tentoper ambitionem Pon. Ro. Vbi arrogatum de propulsis Saracenis, q̄s Romanus Constantinopolitani Imperij usurpator in Calabros, & Apulos incitarat, triumphum egisset, atq; subinde Vngaris adfligendae Italiae causam praeuisset, à militibus Heturiae Marchionis Alberici uictoris cōmilitōis sui, factione sua perempti, ceruicali suffocatus est. Saraceni Constan Imper. fœderati, ab Alberico repulsi, Gargano monte communito, multos hinc per annos Italiam uexarunt. Vngari uero ab illo euocati, Heturiam, caesis, uel raptis utriusq; sexus incolis, depopularūt. Similē calamitatem, sanguineo sōte portentā, Genuensibus paulo post intulerunt Saraceni. Leone vi. Stefa. vii Ioanne xi. Ioānes x. fratre, & Leone vii. Romanis cū Pace, quod nunc mirū fuerat, sepultis, Stepha. viij. Germanus per seditiones adeo laceratus est, ut ob deformitatē in publicū prodire uerecundaret uir mansuetus. Et huic similis Martinus iij. R. Agapitus ij. R. Restituendae Ro. Imperijq; R. P. causa, per Legatos Otthone Imp. accersiuit. Ioānes xij. R. ambitiosus, atq; probrosus Imperatoris, ab se falsi, si non adfectū est, receptū inter decreta iuramentū, facti, tumq; coronati, spretis monitis, ex prophano, Leone viij. subfecto, depositus, atq; mox illo reiecto, repositus, in adulterio cōprehensus, uitā cū uitijis amisit turpiss. Benedict. v. R. Quod nō requisito Cēs. fuisset electus, in Saxoniam proscrip̄to, Leo viij. R. ab Imp. restitutus, eidē & successoribus suis in publica Synodo, relaxatis Cōstan iij. & Lud. ij. donationibus, iuxta Adria. Pō. decretū, R. Pon. creandi potestatem fecit. atq; eius in re Pontificia gesta, pbauit. Hinc Imperator Ioānis xij. R. Episcopi filij ab exilio reuocati, uexatorib. grauib. adfecit supplicij. Benedict. vi. R. nullo uindice, ciuili in carcere laqueo periit. Donus R. singulari nūc dei dono pacifici defunctus est. Bonif. viij. ut ignobilis, utq; sacrilegus, diuo Pet. spoliato, Cō. ad Be. viij. R. concors

PAPATVS ROMANI

Pontifices & anni.

135. Benedict. v.
menf. 6.
136. Leo viij.
2.
137. Ioannes xij.
8.
138. Benedict vi.
1.
139. Donus.
1.
140. Bonifa. vij
1.
141. Benedi. vij
8.
142. Ioan. xiiij. Ioan. xv
143. 1.
144. Ioan. xvi.
10.
145. Grego. v.
3.
146. Ioan. xvij.
1.
147. Syluest. ij.
2. 1003.
148. Ioan. xvij
1.
149. Ioan. xix
5.
150. Sergius iij
3.
151. Benedict. viij
12.
152. Ioan. xx.
11.
153. Benedi. ix.
8.
154. Sylue. iij. dies 29
155. Gregori. vi
2.

R. concordia studiosi obitum, exul, Ioannes xiiij. R. nece, numisq; Pon. repetitum, mox amisit, uel mortuus ferro dis-
cerptus. Ioannes xv. Romani presbiteri filius, presbytero-
rum ofor, malo ad posteros exemplo, cognatis diuina pari-
ter & humana profudit. Ioannes xvi. R. ab exilio reductus,
cum literis uitam in pace peregit. Gregorius v. Otthonis
Sueuie Ducis filius, & Otthonis Magni ex Lytulfo filio
Pronepos, ab auaro Consule Crescentino, Ioanne xvij. Gre-
go pecunijs intruso, pulsus, agnati imperatoris auxilio Cres-
centio, amputatis membris ad furcas damnato, Ioanne uer-
ro tum oculis, tum uita priuato, ut institutus, ita est & re-
stitutus. Siluester ij. Gallus. Monachus Floriacensis Magus.
Diabulo, cui ob id se deuouerat, iuuante, cum doctus, tum
a Principum gratia Pon. factus, repentina in sacrificio mor-
te correptus, crimen palam confessus, miro miraculo sal-
uum sese, defunctus, prodidit. Sergius Ioanne xvij. igno-
to per uenenum, & Ioanne xix. R. Qui autore Odilio
Cluniaci Abbate, fidelium animarum questum, omnium
sanctorum festo subiunxit, otiose defunctis, Sub otioso Ser-
gio iij. R. negotiosi Nortmanni, Guilelmo Tancredi Mag-
ni filio duce, superatis Græcis, & Saracenjs utraq; Sycci-
am inuafere. Benedict. viij. Tusculanus Laicus, factiosos ci-
tes, atq; scismaticum multa ui deuicit. Hen. Imper. fauore
clarus. Ioannes xx. R. Pontificatum ante sacerdotium ui a-
deptū, Imperatoris auxilio retinuit. Benedict. ix. Benedicti
viij. nepos, Pontificatum scelere comparatum, rudibus, &
ignauis scismaticis uendidit homo rudis, & ignauus, tum, cū
Conpontificibus, Syluest. scilicet, & Greg. vi. R. in Germani-
am proscripto, ab imperatore depositus, subsecutum Clemen-
ij. Saxonem Bababergensem Episcopum, uirum bonum uer-
neno sustulit. Quo eodem scelere mox interijt Aquileiensis
Patriarcha Bauarus. Damasus ij. Scribit quidā contempera-
neus ob huius Benedicti, & Greg. vij. ambitionem Brazuti,
horum socij facinore sex a successione R. Pon. uenefitio peri-
isse. Leo ix. Comes de Egisheim, Tullensis Episcopus, uir san-
ctus, & eruditus. Ecclesiasticū statū in Gallia, Germania atq;
Pañonia postq; reformauit Ro. reuersus, Beneuentū ab Imp.
p. relaxata Bababerg. ecclesie pñone, R. Pō. donatū a Normā-
nis erepturus, amisso exercitu, captus, absq; socijs dimitti no-
luit. Victor ij. Bauarus Eustatenis Episc. deuictis Florentiæ
& ignominia notatis fornicarijs, atq; Simoniacis, p subdiaconū
uenefico calice uictus est. Stepha. ix. Lotharing. Ducis fra-
ter Cassini Abbas. Mediolanensem ecclesiā ducetos años alie
natā Romane reddidit, fornicarios, atq; Simonistas expugna-
turus occubuit. Nicolaus ij. Sabaudus Florentinus Episc. Be-
ned. x. Campanū Simoniacę militū ui creatū, Velitras, quorū
Episcopatus fuerat, execratum, relegauit. Eligendi Pon. formā
Cardinalibus tradidit, Et, quod Imperatoris fuerat Robertū
h. 2. Guiscard.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

Berengarij dā
natio.



Discordia Pa
patus & im
perij.

Pōtificis Ro.
execratio for
midabilis fa
cta.

156. Clemens ij.
2.
157. Damasus ij.
dies 23.
158. Leo ix.
7.
159. Victor ij.
2.
160. Stefanus ix.
1.
161. Benedict. x.
1.
162. Nicolaus ij.
3.
163. Alexander ij.
12.
162. Gregorius vij.
12.
165. Victor iij.
1.
166. Urbanus ij.
12.
167. Pascalis ij.
19. 1117.

Guiscardum, Qui è Gallia profectus, eas gentes imperio Cōstantinop. subactis Græcis, & Saracenis ademerat, ab execratione solutum, pacto foedere, uectigalem R. Pon. factum, Apulia, Calabria, Syçiliaq; ducem adpellauit. Berengarij Andagauensis ecclesiæ Diaconi de Eucharistia sensum dānauit. Alexander ij. Mediolanensis, scismaticum stipatum, imperatorij armis, uix Mechtildis præsidio superauit, ueniamq; donauit. Alleluia in septuagesimæ luctu filere iussit. Gregorius vij. Saonēsis cluniaci Monachus, de q; uel solo Pontificū, mire diuersa scribunt, Quod sub eius pontificatu, tota & ciuilis, & Christi res pub. multis, magnisq; calamitatibus stupende perturbata sit. Ab Italis nempe eius solius electionis forma pub. in literas edita, gestorum magnanimitate, in omni uirtutis genere laudatur. à Teutone autem & Bēnone Car. è diuerso, uiolenta occupatione, malefactorumq; perficatia in omni uitiorum labe criminatur. Is porro de carcere, in quem à sacre noctis sacrificio Cintiū ui raptus fuerat, populi tumultu liberatus, Imperatorem bis rebellantem execrauit. tum principes etiam agnatos, sacramento Pontificia autoritate solutos, in eum concitauit. Antipapæ cum cōfortibus Simonistis, Fornicarijs, & hijs conuiuentibus Episcopis maledixit, ac quoslibet ab illorū Missis deterruit. Sed & uacuos manus à Missa repudiāuit, Laicum decimas possidentem sacrilegij. Inuestituram dantem, et à Laico recipientem idololatriæ censura constrinxit. Quarta Synodo in libro cōuocan. transubstantionem statuit. Cœlibatum perpetuum, multis reclamantibus, clericis uniuersis, & Monachis carniū abstinentiam stricte mandauit. Primus, uel ipse omniū maxime plumbeū Pō. Rogladium adeo potentem reddidit, ut eius ui, ferream imperij uim deinceps obtuderit pene totam. Quo superbiens, ab imperatore cum graui urbis calamitate obsessus, tum grauiori urbis exitio, incendio scilicet uastissimo, Normannorū auxilio Salernum abductus, tuto in exilio uitam finiuit. Hinc Victore iij. Cassinense Abbate, Gregorij defensore, nephando calicis toxico deuictō, Urbanus ij. Cluniacensis Abbas Italorum seditione in Galliam pulsus, anno Pontificatus sui 8. in Synodo Claromontana, confirmatis in Imper. & Antipapā Gibertum Rauēnatensem Archiepiscopum Gregorij, actis, Episcopum sine titulo factum, damnauit. Francorum regem Philippum ob digamiam ecclesiæ à cōmunionē seclussit. Diuē Mariæ Virgini horarias preces instituit, & eidem Sabbati diem dicauit. Vir sanctus. Atq; tum 300000. Christianorū, Hierusolymæ recuperandæ causā, cruce signauit. Romæ biennio latens, hominem exiuit.

Monar-

MONARCHIAE III. ROMANAE GERMA

norum successus, ex Latinorum & Germano-
rum historijs.

IMPERII ROMANI

Germanorū Imperato
res & anni.



86. HENRICVS I.

17

87. Ottho I.

38

88. Ottho ij.

9.

89. Ottho iij.

18.

1001.

h Enricus i. Primus libera potestate Saxonum, atq
que Thuringorum Dux. Francorum cognatus.
Principum cōsensu Germanorum Rex, & Roma
norum Imperator adpellatus, prudentis, magniq
animi Vir. Compositis Alemannis, tū uoto Sīmo

nīa tollendā facto, Vngaros cruentiss. ad Meresburgum stra
ge fusos, pacauit. Arnoldum Bauariā ducem, Ratisbonā de
ditum, restituit. Cum Carolo Francorum rege, isto fœdere,
Lotharingiam imperio reddidit. Siptineum Bohemiā Comi
tem, Borlinoo patre illius primo ex Bohemiā Principibus à
beato Methodio Morauorum præsule Christo baptizato, de
uictum, Christo, imperioq; subiectum, ducis adpellatione do
nauit. Bohemis igitur Sclauis, Dalmatis, Danorum, Normā
norū, Abroditarumq; regibus uictis, tributū, & religionē im
perauit. Redatioꝝ rebellīū 200000. cōtrīuit. Leopoldo Sue
uiā Duci sororio suo, Marchiā Oriētalem herede exutā, sub
didit anno Imperij ultimo. Postremo laceram compositurus
Italiā, cessit ē uiuīs, relicto ex illustri Regina Mathilde, il
lustrissimo Rege Otthone Magno, Qui seditiosos, atq; rebel
les, præsertim agnatos, Principes, armis audientes facere coa
ctus, haud minore fortuna, quam ui Eberhardum Pallatinū
francorum D. atq; sororium suum Giselbertum Lothariā D.
fudit. Conradum Francorum D. generum Lothariā. Henri
cum fratrem Bauariā, & Lytulfum filium Hermannī Sueuo
rum D. generum Sueuiā data pacauit. In Boleslaum Bohe
miā D. Vincelai illius in Sanctos relati fratris, cædem, 14. an

Primus Bohē
miæ Dux.

norum bello, uastata gente, uindicauit. Boleslaum Poloniā
per eam tempestatem Comitem bellicosiss, regem se adpellan
tem, tributis subactum, Regem dixit. Daniā, tributariam
factam, in tres Episcopatus diuisit. Ludouico Bosonis filio in
Monachum attonso, Aralatenſe regnum, Belgas & Lotharin
giam. Item & Longobardiam in prouintiam redactam, Impe
rio restituit. Discordes sororios suos Gallorum Regem, &
Principes ferro, flammaque composuit. Tum anno imperij
sui uigesimo Vngaros, qui iam per Germaniā omnem, Vngari do
& ad Oceanum Gallicum usque, per Italiā circumuersi, miti.
diripuerant omnia, Diui Hulderichi Comitis de Dilligen
cij Augustensis Præsulis auspicio, cruentiss. ad Lycum
annem cæde, tribus eorum regulis ad gentis dedecus las
queo suspensis, ammisso genero Conrad. Francorum Duce,
Hungarorū prouocatore, intra Pannoniā fines delitescere
compulit, Sclauos q; retudit. Pacatis igitur Germaniā, Gal
liēq; rebus, Patrię Pater, & Mūdi amor adpellatus, ad Italiā,

h 3 Urbemq;

*Berengarii
delecti.*

Vrbēq; pacandam à Cardinalibus accitus, anno Imperij 26. Italiam ingressus, Berengarium iij. decem nummorum modijs à Taxīs Vngarorum regis praeda redemptum, cum Alberto filio, hunc Constantinopolim, illum uero Babenbergam proscripsit. Tyrannos domuit. Romam ferro, diraq; fame ad deditiōem coegit. Qua Romanis, & Italiæurbationibus sedatis, Imperij Romani Augustus extitit coronatus. Imperium gloriose desum, post cōtumeliosam, cruentamq; Otthonis ex nobiliss. Burgundorum, Sueuorumq; stirpe Adelhade filij sui cum Græcorum Imperatoris filia desponsationem, grauiter in Apulos, & Calabros ultam, Aquisgrani finiuit, in Madeburgensi ab se dedicata ecclesia sepultus. Vir pius quinq; Episcopatus in Saxonia fundauit, repertis argenti uenis diues, multos iuuuit. Christi rem promouit. Sub eo nempe, Vngari, Dalmate, Sclauj Poloni, Pomerani, Dani, Pruteni, Suedi, Noruegij Christum audire ceperunt. Succedere huic nō de genere Otthones duo, filius scilicet, Saracenorum mactator, ac nepos mirabilia mūdi dictus. Ille Gallis Lotharia, Belgicāq; excedere compulsis, fuscq; in Dalmatia Græcis, Apuliam, atq; Calabriam Romanis redditurus, à Græcis Saracenorum præsidio, amisso exercitu, Beneuentanis non impune, fuga uix saluatus, Romæ diem clausit. Alter uero ex agnati Hen. Bauariæ Ducis manibus ereptus, Romanorum seditionibus sopitis, Imperij Ro principatum, agnati Græ. Pon. consensu, ad constitutos utriusq; ordinis Germaniæ principes Electores relatum, Germanis in perpetuum confirmauit. egre à Romanis Germanicæ gloriæ impatientibus, in Germaniam non sine ueneni suspitione remissus, uiscera Augustæ, & corpus Aquisgrani reliquit. Sub eo Hugo Capetus Parisij Comes Carolingorum regnum in suum nomen transtulit. Cunto Datia rex Angliam, Scotiam & Noruegiam obtinuit. Beroldus è Saxonum genere Comes Sabaudie Comitatus, subactis Tyrannis, inchoauit.

Primus Sabaudie Comes.

Pontifi-

PONTIFICATVS ROMANI SVCCESSVS.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni

168. Gelasius ij.
1.
169. Calixtus ij.
6.
170. Honorius ij.
5.
171. Innocen. ij.
12.
172. Celestin. ij.
mens. 6.
173. Lutus ij.
1.
172. Eugeni. iij.
9.
175. Anastasi. iij.
1.
176. Adrianus iij.
5.
177. Alexander iij.
23.
178. Lutus iij.
3.
179. Vrbani iij.
2.

P
Afcalis ij. Tuscus, tanquam Apocalypticus sep-
tem, Asia tunc deuictę, Ecclesiarum angelus, in-
troducťus, duos Imperiales scismaticos euicit. Ab
imperatore cum Episcopis, & Cardinalibus in sa-
cro Pascalis die captus, Imperatorum in Ecclesia
rebus acta sacramento cōprobauit. Quę, solutus, omnia, uti
uolenta, in Pub. Synodo rescidit, sua & Greg. vij. autoritate
decernens. Hæresium facile maximas esse. Ro. Pon. uel obe-
dientiam, uel cēsuram negligere, Atq; sacerdotij inuestitionē
ē pphana manu agnoscere. Cuius rei causa Ro. & ecclesia, et
imperium, utroq; suam maiestatem tueri conante, impacabili-
ter dissident. Mathildis Hen. iij. a sorore neptis diuice testas
mēto, scilicet Sancti Petri patrimonio, ditior factus. Gelasius
ij. Caeteranus a Cincio Ro ciue calcaribus calcatus, & ob An-
tipapa telis in Galliam fugatus, illic obiit. Calixtus ij. Gallus,
Imperatore hoc pacto, quo Episcopi Abbas & Prælati impij
præsente Imperatore, tum & externi electi, mox ab Imper. re-
galia, & a Pon. Ro. ecclesiastica redimant, pacato, Burdinum
per ignominiam appellatum, Bracharensem Archiepiscopū
sacrilægum Antipp. captum, uersaq; facie camelo impositū,
monasterio clausit. Honorius ij. Bonnonensis. Rogeriū Nor-
mannū, Appulię ducē firmauit. Aquilegiensem autē & Ve-
netum Patriarchas, Scismaticorum fauoris, dignitate priua-
uit. Innocentius ij. R. Cum Rogerio Siculo, cui captiuus eti-
am regis denegauit adpellationem, pacatus, Anacletum Co-
lumnā Antipp. Diui Petri spolijs diuitē, Rogerij coronatorē,
in Galliam declinauit, ab Imper. Loth. cui aduersus Conrad.
fauit, restitutus, Cleri uiolatorem diro subiecit Anathemati.
Sed in nouando discordiæ materiā, quo minus, adscriptam S.
Pet. patrimonio utranq; Sycciliam, Imperij debito repeteret,
Hen. Superbū, & Guelfonem fratres Bauarię. D. Regis Ro-
gerij præsidij adiutos, aduersus Conrad. Imper. armauit, Qui
bus a profligatione dominio per Imper. multatis, horum bel-
licis e symbolis, Gibelin uidelicet, Imperialis, & Guelf. Pon-
tifićiæ factiōis uocabula, toti Italię nullo unq; hoste plus exi-
tiosa hic sunt aborta. Celestino ij. Tusco propere defuncto, Lu-
tius ij. Bononēses, nō impetrato domesticis occupati Caesaris
auxilio, ui, qua potuit, impositi Senatus Capitolium irruptu-
rus, a populo lapidibus mutilatus, sacerdotio fungi non potu-
it. Mirū id tempestatis, ut, quos externę nationes, præsertim
Germani Ro. maiestatis obseruantes, Romanū, imō tanq; cœ-
leste numen suspiciebant, atq; formidabant, Romani ipsi uix
homines esse sinerent. Eugenius iij. Pisanus, Abbas, pacto
Senatus, Vrbisq; præfecto in ordinem redacto, balistis sequē-
tibus, in Galliam fugatus, Diui Bernardi Clareuallis Abba-
tis suasu, Lud. Francorū regem, & Con. Imper. Hierosolymā
h 4 graui res

Decretum de
censuris & in
uestris.Turcini igro
min.Gibellinorū et
Guelforum fa-
ctionis ortus.

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.

hæc ambitione
grauissima
papatus et in
prij discordia.



180. Gregor. viij.
mens. 2.

181. Clemens iij.
2.

182. Celestin. iij.
7.

183. Innocen. iij.
18. 1216.

182. Honor. iij.
10.

185. Gregor. ix
22.

Dominicano 186. Celestin. iij.
rū, Francisca
norū et Teu-
tonorū mili-
tū successus.

dies 18.
Vacat 1.

gravi rerum suarum iactura transmisit. Anastasius iij. R. Abbas. Mariam rotundam dedicauit. Adrian. iij. Anglicus. Noruegios Christum docuit. Urbis administratione in se coacta, ad conspiratorum gratiam, pecunia corruptus, Guilelmum in gratiam receptum, utriusq; Syclia Regem coronauit. Reclamantem uero Imperatorē Frid. ab se coronatum, atq; regij Papatus admonitorem, dyris deuouit, muscæ glutione periit. Alexand. iij. Senens eruditus, atq; plus modo fortis, discordibus cum altero suffragijs aduersus Imperatorem, Syculorum, Longobardorumq; præsidijs, erectus, Imperatore, ius suum petente, cum quatuor scismaticis, non sine maxima totius Italia calamitate, Christianaq; gloria iactura, 20. annorū dyris, ferroq; pacata, ter restitutus, Ro. Con. in se iurare coegit. Atq; Ro. ecclesiæ iura decreto Concilijs firmavit. Sui belli monumenta reliquit, excisam patritiam Albam atq; suo nomine supra Tenarum amnem conditam Alexandriam. Lutiū iij. Lucensis à Cōsulibus, quos expellere statuerat, expulsus, Veronæ defunctus. Scortatorum, quoad hī tolerantur, sacra adprobat. Urbano iij. Mediolanensis, Ferrariæ, Gregor. viij. Beneuentano. Pisis, Clemen. iij. & Celes. iij. R. Romæ, in Hierosolymæ recuperandæ sollicitudine anxie elatis, Innocen. iij. Anagminis, Comes, Decretalium auctor, commoditatem à pupillo suo Imperatore nactus, Diui Petri patrimonium recuperauit, eiecto scilicet Marquardo de Anviller. Hen. dapifero, Romaniam, Rauennæ, & Anconæ principatum, à Philippo Imper. Mathildis dominium, & à Constantia regina, sublati priuilegijs, Apuliam, & Sycliam. Itē Ioannis Regis dono. Angliam, & Hiberniam cum annua pensionē. & à Frid. Imper. Comitatum Fundanū ecclesiasticæ recognitioni subdidit. Eaq; retenturus, Philip. & Frid. Sueuis Orthonē Saxonē opposuit. Et eūdē, pacti negligētē, deposuit. Celeberrimā scilicet duorū patriarcharū 71. Metropolitanorū 412. Episcoporū 800. Abbatū & propositorum pro recuperando Hierosolymorum regno, Synodum in Laterano, anno Pōti. sui ultimo celebrauit. Vbi inter multa decreta, Pascalem & Cōfessionem, & Communionem necessariam fecit. Decimas Laicis abrogauit. Principum discordias, atq; discordem Imperatoris electionem, Ro. Pon. arbitrio subiecit. Principum princeps iamnum effectus, Perussij Genuensium, Pisanorumq; litem cōpositurus, obiit. Honorius iij. R. Decretalium epistolarū cōpilator. Instituta B. Dominici, Frācisca, atq; Teutonicorū militum in suam fidem & obedientiā asseruit. Hos Ptholemaida frustratos anno Pon. 4. postulante Polonorum D. Conrado, concedenteq; imperatore aduersus Christi hostes, felici successu Prutenis imposuit. Petrum Antisiodorensem Constantinopolis Imper. coronauit, biennio carcere postea uexatum. R. Imper. sacrauit, execrauit. Greg. ix. Anagminis Innocen. iij. nepos aduersus Imperatorem armis, & altera

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni

187. Innocen. iiii.
11.
Vacat 1.
188. Alexan. iiii.
7.
189. Urban. iiii.
2.
190. Clemens iiii.
2.
Vacat 2.
191. Gregor. x
2.
192. Innocen. v
193. Adrian. v
1.
192. Ioannes xxi.
1.
195. Nicolaus iiii.
2.

altera execratione decertans in Cōcilio abrogationis sententi-
am dicturus, sed Cardinalibus, Legatis, & Episcopis ab En-
tio rege in patris manus raptis, in Imperatorem non impune
crucem statuit. Angelica tum salutatione, atq; Veringensis
Comitis Monachi deuotissimi Hermannii Cōtracti. Hen. iij.
contemporanei Cantico, Salue regina, ad Campanæ signum
Diuæ Virgini dedicatis Cymbalo Eucharistiæ subleuationi
iuncto, Decretaliumq; promulgato codice, tribulatum ex-
it hominem. Celest. iij. Mediolanensi propere sub id tempus
defuncto. Quo Imperator Fauentiam capiens, auri argentiq;
signati penuria, coriaceis augustanis stipendia soluit. Innocē-
tius iij. Genuensis Flisca, post 19. uacui Pon. mensem. Bizun-
tini Imper. interuentu, liberatis è Melphitano carcere Car-
dinalibus, Pontifex, tum ex amico hostis Imperatori factus,
desperata pace, Lugudunum confugit. Vbi conuocata Syno-
do, in Imperatorem execratione grauatum, abrogationis de-
cretum protulit. Contra Suendebaldum Pomeraniæ Ducē,
Prutenos, atq; Corasminos Arabes atroces, Teutonicorum
militum, Templariorum, Christianorumq; persecutores cru-
cem signauit. Feroces Tartaros Christi prædicatione miti-
gauit. Decretalium apparatus, & Autenticas edidit. à Con-
rad. morte Romam est reuersus, Cardinalium sedes pene de-
solatas, conscriptis undiquaq; doctis, atq; moratis uiris, gale-
ro rubro, & equo decoratis, restituit. Neapoli, Sueuorū prin-
cipatum extincturus, obiit. Alexan. iij. Anagninus Interfe-
cto per crucē signatos Manfredi partium Ecelino, potentis-
simo omnium, quos Italia sine regio nomine pertulit, è Ger-
manis orto Tyranno, Cisalpinas urbes in R. ecclesiæ prote-
ctionem se dedentes, suscepit. Viterbij defunctus. Urbanus
iij. humilis generis Trecentis Gallus, Patriarcha Hierosoly-
mitanus, cum Lud. Francorum rege è Turcarum manibus
redemptus, Manfredus, Syclia regē, cōpositis Asiaticis, Ve-
netis, Genuensibus, atq; Pisanis, Saracenorum auxilio gras-
santem, Gallorum armis, fuis semel Saracenis, cohercuisset,
ni mox Perusij mundum hunc deseruisset. Veniosum Eucha-
ristiæ festum celebrauit. Clemens iij. Narbonensis Urbani
cœpta prosequutus, Carolum Andegauia, Prouinciæq; Co-
mitem. Diui Lud. Francorum regis fratrem, Syclia, Hiero-
solymæq; regno, hac lege donauit, qua illo suis sumptibus
adquisito, iuratus Ecclesiæ R. Fasallus, quotañis 40000. Du-
catorum feudi pensionem R. Pon. soluat. Atq; uel à Germa-
nis electus, imperium recuset. Tum eidem re confecta, Sena-
toriam Urbis, Tusciæq; præfecturam, R. Ecclesiæ nomine ad
ministrandam tradidit. Sed ecclesiæ bona, pauperibus erogā-
da, frugi exemplo, etiam legitime ante sacerdotium ex se na-
tis, denegauit. Illegitimum, causans, eum esse Petri successo-
rem, qui plus carni, quā Christo tribueret. Eo aut Viterbij de-
functo, Cardinales sui plus, quā Christi longo certamine
uicti, ex-

Angelica sa-
lutatioCardinaliū se-
des reparatusAndegauensi-
um Neapolis
regnum.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

Sycilia ad Hy
spanos trans-
lata.



- 196 Martin iiij
2.
Vacat 1
197 Honorius iiij
2.
198. Nicolaus iiij.
2.
Vacat 2.
199. Celest. v.
1.
200. Bonifa. viij
8

1302

uicti, extra suum collegium Syria legatum Theobaldū Pla-
centinum Episcopum praestantem uirum reuocatum, Viter-
bij coronarunt Greg. x. Qui Lugduni Synodo congregata,
Palaeologo cū Græcis nunc tredecimo ecclesie R. conciliatis,
Cōstan. Imper. cōtra Balduinū & Car. Syciliæ regē firmavit,
Atq; cōcordatis Germanis Imperatorē imperauit, & ad proba-
uit Rodolfum Habsburg. Inno. v. Tarāsiensi Dominicastro,
& Adri. v. Genuensi Flisca obiter defunctis. Ioānes xxi. Vlfi
bonēsis, līteris, & medicīne, q̄ officijs ecclesiasticis aptior, uita
sibi longā praefagiens, Viterbij cū luforia aula corutus, pra-
fagij uanitatē mox est expertus. Nicol. iij. R. Vrsinus. Ma-
gnificus, ecclesie amplificandæ studio, Senatorium magistra-
tum, Hetruriæq; praefecturam Car. Syciliæ regi, armato con-
tra eum Aragonum rege Petro, abstulit Gallicum Pon. exi-
genti. Romandiolam, Bononiam, & Rauennæ principa-
tum, Imperatore concedente, Bertoldo suæ stirpis Nepoti ec-
clesiæ nomine subiugauit. In ditandis, euehendisq; agnatis li-
centiōss. duos suæ cognationis reges Italiæ daturus, apoplexi
defecit. Martinus iiij. Turonensis Gallus, genere humilis, sed
animo sanctus, superatibus Car. regis partibus creatus Papa.
eundem, contra Nicolai decretum, quo cauit regem, aut re-
ge natum Senatorio Urbis munere fungi, in pristinam digni-
tatem restituit. Petrum Aragonem Syciliæ occupatorē, item
& Constantinopoli. Imper. Palaeologo promissi negligentem
execrauit. Vbi concitato bello, seniore Car. defuncto, iunior
captus, Neapolim, ammissa Sycilia, seruauit. Petrus Arago,
ad Gerundam cæde captam, atq; recuperatam, uulnere, Fran-
cus rex Philippus, & fulminans Papa febri concidere. Hono-
rius iiij. nobilis Sabello genere. Ro. Pandulfo fratre Senato-
rium munus gerente, generalem Imperatoris uice Vicarium
Tusciæ frustra dedit. Carmelitas è Syria in Galliam à Diuo
Lud. Francorum rege primum tralatos, & Martini Pon. acta
confirmauit.

Monar-



rium
buta u
Hinc
næ sti
tus, an
pacta
gulter
Imper
iugis.

ATQVE PRINCIPVM XLVIII.
MONARCHIAE III. ROMANAE GERMA
norum successus.

IMPERATOR



Rex Boemiae
Pincerna.

Archiepiscopus Moguntinensis
Cancellarius Germaniae.



Comes Pallatinus
Dapifer.

Archiepiscopus Coloniensis
Cancellarius Italiae



Dux Saxoniae
Ensisfer.

Archiepiscopus Treuirensis
Cancellarius Galliae



Marchio Brandenburgensis.
Cubicularius.



h Enricus ij. Hen. primi è filio Hen. Bauariae per Otthonem fratrem Duce, pro nepos, Bababergensis Comes, & Noricorum Dux inclytus extortis à S. Heriberto Colonienli Archiepiscopo, hæredis iure, Imperialibus ornamentis, hys tum conciliatis Principibus retentis. Imperans, Francos ammissum ob imperium indignantes, armis compescuit. Polonorum, Boemorum, Vuinidorum regulis tributa uictis imperauit. Saracenos Capua, & Græcos Saracenorum socios Troia pepulit. Hinc interrestri Roma gloriose à Benedict. viij. benedictus, æternam, cum sponsa Pallatinæ stirpis Kinegunda, in cœlesti Roma est adsecutus benedictionem. Vir Diuis deuotus, annua centum argenti Marcarum, & equo candido phalerato pensione Ro. Ecclesiæ pacta, Bababergensem Episcopatum è Comitatu frustra renitente fratre Brunone Augustensi Episcopo fecit. Bauariam Kinegunde frater Hen. obtinuit. Circa initium eius Imperij, Stefanus Geichæ Ducis filius, Vngarorum regno, se rege, restituto, Gifilæ coniugis. Hen Imper. sororis, & S. Adalberti Pragenensis Episcopi studio cum gente in Christum

Henricus ij.
primus electus.

S. Kinegunda

Primus Vn-
gariæ rex.

IMPERII ROMANI
Germanorū Imperato-
res & anni.



Burgūdiæ ve-
gūū Imperij
prouincia fū
Ann.

90. Henricus ij
23.
91. Conradus ij
15.
92. Henricus iij
17.
93. Henricus iij.
50.
Henricus iij.

Rodolfus de
Rinfeldē rex

Sueuorum du-
cum mutatio

que Sueuorum Principum, hinc uero cum Paparum, tum Papistarum omnium odia induit, adeo, ut, hijs instigantibus, à nemine sauius, quam à suis utriusq; sexus agnatis atq; cognatis fuerit impetitus, uir magnificus, magnanimus, & armorum patiens, bis supra sexa gagesies, collatis signis, aduersus rebelles dimicare coactus, Pōtīfices, urbe ui capta, expulit. Ab Antipapa coronatus, ter execratus. Duos aduersus eum subrogatos reges, uidelicet Rodolfum illustrem Comitem à Rinfelden ab Imperatoris sorore coniuge Burgun. Sueuiæq; ducem casum, Et Hermannum Carinthium ad spontaneam cessionem actum, profligauit. Tum adflitam Sueuiam, relicto Tyguro, rebeli Zaringensi Bertoldo, & datam, & ademptam, Friderico Baroni de Stoufa cū Agne filia dedit, A successore filio contra nostræ pietatisq; sed Pon. legem, dolo ad imperij abdicationem actus, Leadij laboriosam uitam anxie terminauit, à Pon. indignatiōe, quinquēnio funeris, atq; sepulcri pompa caruit. Eius anno 10. Guilelmus nothus Nortmanniæ Comes, Araldo rege cum nobilibus interfecto, præsulibus quoq; expulsis, Angliam ei abnegato Eduardo, quem exul emfouerat,

Christum sic animatus est, ut cū uxore & Hamarico filio sanctis adscribi meruerit. Turcæ primo Sabochō rege, Aegyptio Calipha cæso, Saracenorum nomen extincturi, suscepta Mahumeti lege, Syriam, & Aegyptum cœperunt. Huius regnū auxit Viragrissa, cui succedens Archotus Asia penè subacta, atq; Mendi regia posita, Sultanus est adpellatus. Conrad. ij. inuictus Francorum Sueuorumq; Dux, Hen. consilio, principumq; consensu à Pilgerino Colonienſi Episcopo Aquisgranī coronatus Impator. Polonis domitis, Romanorū, & Pō. lo. rebus compositis, atq; Mediolanensibus, à quorum excidīo diui Ambrosij monitis temperauerat, Principatum Hildebrando Angleriæ comiti repetere conatis, eiusq; rebellīonis socijs, Vngaris, & Sclauis uindictis, in Germaniam reuersus, anno Imper. s. Burgundiæ regnum, quod annos 130. Gallis paruerat, Rodolfo rege Gisilæ Imperatricis fratre, Hē. nepoti, donante, receptum, Imperio restituit prouinciā, Ventsio, & Rodano à Gallis diuisam. Vniuersis sub imperio gentibus, etiam Ro. Pon. Constantiensem pacem ab Hen. filio postea confirmatam, lege capitali indixit. Spiræ in Ecclesia, à se pro Imperatorum conditorio, condita sepultus, è nobili Carolingorum generis uxore Gisila filium reliquit. Hen. iij. Principem adeo frugalem, atq; moderatum, ut canum, & histrionum impensas pauperibus is erogare iuberet, qui ingenti ui, nec incruentæ Boemiæ Ducem sub tributo retinuit & Vngariæ, in Christianos præsertim Episcopos interim saeuientis, Reges præsertim Ouonem maxima cede profligauit tum restituto Petro, pacauit. Lotharingos, & Frisios retudit. Romæ tribus pontificibus depositis, quatuor successiue repositis, Romanos ad egit iuramento, ne ullum absq; Imperatoris ad sensu Pontificem instituerent. Filij Bauariam scilicet, Conrad. eoq; defuncto, Agneti Pictauiensis Contr. filia, Imperatrici, Imperium autē Hen. iij. octenni Cæsari sub uirilī ingenij matris tutela tradidit. Hic postquam maternam tutelam exuit, mox inde obliuere, pro principis libertate, collocatos, tum principatus, tum Episcopatus, illinc Saxonum, at-

IMPERII ROMANI
Germanorum Imperato
res & anni.



92. Henricus v

19.

95. Lothar. ij.

13.

96. Conrad. iij.

12.

97. Fridericus i

38

98. Henricus vi

8.

99. Philippus ij.

10.

1208.

fouerat, testatam, suae ditionis fecit. Anno 12. Turcae, deuictis Saracenis, Imperium Asiae uendicarunt. Horum Princeps Belezet, Antiochia, Armenia, Gratiaque depopulatis, Romanum Constantinopolis. Imperatorem captum, uilis mancipij loco tenuit. Anno 43. Christiani, Godfrido Bulione Lothariae Duce, spinis coronato Rege primo, Hierosolymorum regnum, Turcis, atque Saracenis utrinque cruentissime ereptum, Regibus octo, annos 88. cruore multo, quam regnum ipsum, praeciosiore, tenuerunt.

Christianorum
Hierosolymis
regnum.

Henricus v. in rebelles patre sauior, Lotharium. Saxoniae Ducem socco ad pedes eius supplicem, in gratiam uix recepit. Polonos ui subtributo retinuit. Datis in praedam Cardinali & Episcoporum bonis, captum Pontificem pacta seruare coegit. Sed urgentibus utriusque ordinis Principibus, Calixto Pontifice reconciliatus, Italiam, Romamque, coronabis extorta, grauissime adstrictam, reliquit. Sub primo istius Imperij anno. Henricus Angliae Rex, caesis Principibus, in perpetuam utriusque gentis discordiam, cognatam Normanniam repetiuit. Eodem Imperio Balduinus secundus Hierosolymorum Rex e Saracenorum manibus redemptus, Gaium Persarum Regem occidit. Damasci quoque, & Ascalonis Reges profligauit. Vbi in Tyro, Ascaloneque capiendis Veneti praestitere.

Hierosolymorum rex.

Lotharius ij. Gebbhardi Ducis ab Henrico iij. in praesidio caesi filius, Saxonum nobilitate, uirtuteque clarus, Imperio inuitus accepto, Henrici antecessoris agnatos, praecipue Fridericum Sueviae, & Conrad. Franconiae Ducis fratres, suos ex sorore nepotes, humiliatus, Diui Bernhardi Abbatis inuentu anno belli 10. humiliare destitit. Vngaros, Danos, Polonos, & Leuticos armis in fide continuit. Tum profligato cum Antipapa Syculorum Rege Rogerio, Apuliam, atque Campaniam, restituto ab eo Pontifici, restituit. Ad patriam rediturus, in Tridentinis salibus uili in tugurio expirauit.

Lotharius secundus.

Conradus iij. illustris Franconiae, Sueviaeque Dux. superato per mortem Lothario in Bababergensi Principum conuentu, aduersus Saxones in fidem recepit. Sed Henricum cognomento superbum Lotharii generum Saxonum, Bauarorumque Ducem, exactis ab eo Imperij signis, cum Gvelfphone fratre Noricorum Principe, Dominijs exiuit. Ciuitates suarum partium, a Lothario destructas, Nurembergam, Vlmam, restaurauit, & auxit, atque praecipue nouercalem nostrum solum Rubeuelum, Imperiali iuris dicendi cura perpetuo donauit.

Rotuul Imperiale iuris forum obtinuit.

Rebus itaque in Germania pacatis, & Henrico filio Rege constituto, ne forsan a Pontifice sui iuris uendicata reperi-
teret, Romani Pontificis per Beatum Bernardum

i suam,

suasu, Italia dimissa, Friderico fratruele postea imperare & Guelpho. Duce uicto comitibus, ingenti uidelicet præter pedites 700000. Loricorum equitum paratu in Palestinam profectus, Emanuelis Constantinopolitani Imperatoria perfidia, am-
 misso exercitu. uisa Hierosolyma, atque male obsessa Damasco, simili eum se-
 quente fortuna Ludouico Francorum Rege, in regnum reuersus, uir iustus, ac Deo
 deuotus obiit in Laureacensi monasterio à patre condito sepultus. Interea uero

Rogerus Sy-
 cilie rex.

Rogerus Syculiæ Rex, recuperatis per Lotharin. Imperio ablatis, placato Pontifi-
 ce Romano, in Aphricam classe uectus, à Tunetis Rege tributum cum ditissi-
 ma præda retulit. Hinc in Græciam classe ductus, Emanuelis Imperatoris in Christi-
 nos perfidiam egregiæ uindicasset, si ac erat, & spolijs, & ultione iam satius, Vene-
 torum Græco Imperatori sotiam euassisset classem, ammissis nempe decem & no-
 uem trirēibus, fuga suum in regnum se proripuit. Nec tamen illius perfidia
 mansit inulta, Veneti porro, Quod opem Hierosolymorum Regi ferrent, ab eo,
 receptis in fœdus Vngaris, hostes iudicati, omnia, quæ Græci Imperij nomīne tu-
 eri solebant, suæ ditionis facere conati, plurima, eiectione hinc Vngaris, & hinc
 Græcis magistratibus, in suam potestatem, inde non parum ditati, redegerunt.

Hierosolymo-
 rum rex.

Fulco Hierosolymorum Rex, à Saguino Turca uictus, apud Acam leporem
 persequens, equi lapsu, Sed eodem Ioannes Constantinopolitanus Imperator, An-
 thiocenos infestans, suapte teli ictu, Aprum icturus periit. Tum Noradinus Tur-
 ca, Raimundo Principe in ludibrium dextris, & capite truncato, Anthiocenum
 Ducatum cœpit opulentissimum. Et Massamuthi Saraceni Regibus crucifixis, Mau-
 ritaniā, & Bulgiam occuparunt. Inde Italiā adgressi, à Syculo Rege sunt ex-
 tincti.



Primus Aus-
 triæ dux.

Saxonie Bau-
 varie mutatio

Friderichus primus ab Italis Barbarossa dictus Con-
 radi Imperatoris, ex fratre Friderico nepos, Sueuiæ Dux
 Francofordiæ creatus Imperator. Germaniæ pacandæ
 studio, cognatos Principes scilicet Henricum Austriæ
 Marchionem, Bauaria à Con. donatum, Ducis adpel-
 latione pacauit. Henricum uero, Henrici Superbi à Con-
 rado damnati, filium, & Lotharij Imperatoris nepotem,
 Saxonie atque Bauariæ restituit, & defuncto Con-
 rado fratre, illius Socero, Rheni Pallatio insigni-
 uit. Hinc eodem Germaniæ Principum potentissimo,
 qui superatis Vindelicis, & Sclauis tres Episcopatus
 dedicauerat, ac Hierosolymam Templariorum factione, deferens, tantæ expeditionis
 impensas terræ sanctæ phanis atque Pauperibus erogauerat, ob lesæ maiestatis crimen
 ad Socerum Henricum Angliæ Regem pulso, Saxoniam Bernardo Comiti de An-
 halt, & Bauariam Otthoni Schirensi Pallatino de Vuitelspach, Cuius nepos Ottho,
 Henrici pulsi gener Reni pallatium, Imperatoris Friderici ij. consensu Bauariæ iun-
 xit, tradidit. Guelphonem Noricum. Henrici fratrem, auunculum suum, Tusciæ, Spo-
 leti, Sardinia & Mathildis terris compensauit. Quo defuncto, Henricum filium toti
 Italiæ Regem posuit, ac eidem pro Syculiæ consecutione Constantiam Rogerij Syculiæ
 Regis filiam & Guilelmi Regis neptem connubio iunxit. Arelatenle regnum à
 Conrado & Bertoldo Zaringensibus exortum, cum Soceri sui Rainaldi Visuntini
 Comitis hæreditate, Otthoni filio suo subiecit. Sed Bertoldo Zaringensi trium Episco-
 patuū scilicet Gebenensis. Lausanensis & Sedunensis cum regalium inuestitura aduo-
 catiam reddidit, suo apud Cremam uexillifero auxilio Alberto Habsburgensi Comiti
 Thurri-

Thuricensem comitatum, & Seckingenensem praefecturam dedit. Vlatilaum Bohe-
 miae Ducem anno Imperij tertio Regem dixit. Constantinopolis Imperatori Romano no-
 mine interdixit. Tum quinque bellicis expeditionibus, rebelli Longobardia uastata,
 Mediolan. in salis agrum uomere redacto, Gualphago duce flagris inter canes adflicto. Atq;
 Roma, Pontifice Venetias fugato, capta. Sed tum a Venetis Otthone filio suo nauali pug-
 na superato, Pontifici & Italiae pacem anno Imperij sui 25. dedit. Sexta pacifica expedi-
 tione Mediolani, receptam Principum, & ciuitatum fidem, Henrici filij nuptijs, anno
 Imperij 34. confirmauit. Imperio igitur toto Constantianae pacis edicto pacato, Hiero-
 solimam recuperaturus, in Armenia minore uictor, in Serra flumine lapsus, interiit,
 Tyri sepultus, Imperator Imperio sane dignus, Cui, nisi factiosa Pontificum, & Italiae
 obstetisset ambitio, nil ad optimi, maximique Principis laudem defuisset. Exercitus dein-
 de suus cum filio Sueuorum Duce Friderico inedia, pesteq; mox apud Acam consumptus
 est. Hunc autem eo secuti Philippus Francorum, & Richardus Anglorum Reges,
 Aca capta, ceptas dissensiones sua in regna retulere. Ille porro, exercitu suo Ottho-
 ni Burgundiae Duci tradito, in Franciam reuersus, Angliis Normanniam inuasit. Hic
 uero sua defensurus, Ascalona, & Iope restauratis, ac quinquennialibus indutijs cum
 Sultano pactis, Angliam repetens, in Austria, a Lupoldo Duce, ob illatas Acae iniu-
 rias, captus, 200000. argenti marchis Henrico Imperatori anno Imperij 3. pro redempti-
 one solutis, cum Francis crudeliter usque ad cruentam mortem conflixit. Anno Impe-
 rij 35. Saladinus Principum ea tempestate omnium facile manu, animoq; praestantissi-
 mo Turcarum Imperator, Calipha Domino suo extirpato, Aegypti Sultanus, armis in
 Christianos uersis, eorum adiutus discordia, eos, non tam ferro, quam blandimentis o-
 mni Syria, tum Hierosolyma cum humerorum sarcinis deditionis pacto cedere permisos
 atq; mox Anthiochia breui exiit. Guido subinde mala sorte Hierosolymae Rex, paulo
 ante Urbis ammissionem apud Tiberiadem 300000. Christianorum strage captus, tum
 pro Ascalonis deditione liberatus, a Richardo Anglo pro Hierosolymorum ammisso re-
 gni titulo, iureque Cipri Regnum, quod is Graecis ob perfidiam adimerat. Lusignani, ac
 ceptum 270. annos usq; ad Venetorum rapinam possidere. Hinc Anglis Hierosolymo-
 rum regni titulus, citra possessionem accessit.

Primus Boe-
 miae rex.

Leopoldus
 Austriae Dux

Saladini Tur-
 cae successus.

Lusignanorū
 Cypri regnū.

CHRISTIANORVM LATINORVM HIEROSOLIMIS REGNVM

Anno Christi 1099.



1. Gotfrid.
- 1.
2. Balduinus i.
- 18.
3. Balduinus ij.
- 13.
4. Fulco
- 13.
5. Balduinus iij.
- 20.
6. Almaricus
- 13.
7. Balduinus iiij.
- 9.
8. Guido

9. Summa regni 89
 1187.

1 2

Henricus

Henricus vi. Frid. patre, ac Guilelmo tutore defunctis, Romæ cum Constantia uxore
Sueuorum sy re à Celestino Pont. coronatus, huius adsensu, dotis, ac testamenti lege, magna Angli-
ciliæ regnum ciliæ regnum numi, Teutonicorumq; armorum ui, seuissimac; in Imperatricis captores, & in utriusq; sta-
 tus rebelles animaduersione, capto Rogerio, Tancredi nothi leuiri, regni occupa-
 toris impubere filio rege, Apuliam, Sardiniam, atque Sycliam, à Normannis 194. an-
 nos dominatam, Imperio restituit, Sueuisq; subiecit anno Imperij sui 4. Hinc Philippum
 fratrem, data ei in coniugem Irene captiua Rogerij Syculi sponsa, Isaacij Constantinopol.
 imperij ab Alexio fratre, Imperio & oculis spoliati, filia, Sueuiæ, Mechthildis terris, & He-
 truriæ. Et Marquardum de Anvuiler Romandiolæ, Rauennæ, & Anconæ præfecit.
 Tum eodem anno, quo Mauri Saraceni interiorem Hispaniam populati, Castellæ re-
 gem cœpere. inanibus destinatis in Asiam auxilijs, Iope scilicet cum Teutonum præsi-
 dio euerla, uitam Messanæ clausit, relicto sub Romani Pontificis tutela cum matre Con-
 stant. prudenti Syclia gubernatrice Frider. quinquenni filio. Eius Imperij anno 1. Ber-
 toldus diues Zaringæ Dux, Helueticæ Burgundiæ ab Imperatore Princeps, in ea prouin-
 tia, Friburgo condito, liberorum in nobiles ultricem Bernam construxit, Imperioque

Friburgi, &
 Bernæ condi-
 tio.



Latinorum
 Constantinop.
 Imperium.

subiecit, cui usque ad Gallorum corruptionem, fida sem-
 per fuit ciuitas inuicta, nobiliumque excidio, Aleman-
 niæ Urbium potentissima. Philippus ij. Sueuiæ Dux,
 Henrici frater, Imperio contra Rom. Pontificem Inno.
 Bertoldum Zaringen. ultimum sui generis numosum
 Principem, & Otthonem arrogantem Brunsvuigen-
 sem Ducem obtento, ab Otthone ingrato Pallatinode
 Vuitelspach Bababurgi, recumbens, per dolum est oc-
 ciscus. Circiter quartum sui Imperij annum. Latini no-
 minis Principes cruentis Imperij occupatoribus eiectionis
 Constantinopolitanis, Thomam Maurocenum Vene-
 tum, Patriarcham, & Balduinum Flandriæ, Hanno-
 niæque Comitem, Imperatorem dedere, Eaque re, &
 Imperium, & Græcos sibi atque Romanum Pon. sub
 id temporis conciliarunt. Vbi Creta, Nigropōtus, & ali

quot minores Aegei maris insulae Venetis cessere.

Ottho iij. proscripti Henrici Sueuiæ, & Brunsvuigæ Ducis filius, & Philippi
 Imperatoris, gener, ambitiosus magis & inquietus, quam fortunatus Princeps, ab In-
 nocentio Romano Pontifice adsumptus, uel quod Imperialis iuris prouintias contra
 pacta repetere statuisset, execratus, & abdicatus, Subinde & à Philippo Francorum
 Rege, una cum auunculo suo Ioanne Anglorum rege, ammissis Aquilis, graui cæde
 turpique fuga compressus, Fridericum successorem pati coactus est. Anglia uero tum
 è Gallorum manibus 150000. argenti marchis redempta, Romano Pontifici sese cum
 annua centum argenti Marcharum pensione deuouit. Ad Otthonis obitum Ioannes
 de Bregna Vienenlis prouintia Dux, è Gallia uocatus, Tyri Hierosolimorum Rex coro-
 natus, Dammiatam urbem, ambitiosa Apostolici Legati arrogantia, captā, muris, muni-
 tionibusque tum Hyerusalem dirutis, cum damno reddidit. hinc Auxiliij cōparandi gra-
 tia occiduas in partes reuersus, Friderico imperatori Iole filiam cū Hyerosolymorū regni
 titulo Ro. desponsauit. Vnde huic Syclia, Hierosolymorūq; regni titulus accessit à Græ-
 R. Pon. Romandiolæ, Rauennæque dominio præfectus eiusdē Pō. studio Constantinop. Im-
 perij cōsecutus, nominibus, quā rebus illustrior annos circiter 23. Regis nomen tulit uir
 bonus. Cui successit gener Balduinus, qui Constantinopoli à Græcis obsessus, num-
 morum

Anglia à Gal-
 lis capta &
 R. Pō. deuota

more penuria, sacrum adiū tegulas uendidit, filiū mercatoribus, & sacra dominicæ lancee
 cuspidē, spongiā, & crucis particulā Venetis, qui Gracis profligatis, atq; Rhodo cū Leo-
 gula principe in federa tractis, eū liberarunt, oppignorauit. pignoribus à Diuo Lud. Fran-
 corum rege, ab illo spinea Domini corona donato, redemptis, festoq; cultu Parisij seruatis.
 Fridericus ij. Sueuiæ D. Syculiæ Hiernsoly meq; rex, patre Hen. vi. q; Imperatoribus, &
 Imperij, & animi magnitudine nihil inferior, ab Inno. susceptus, tum ab Hono. coronatus,
 quæ pupillus ipse amiserat, recuperare nixus, implacabiles Ro. Pon, diras in grauissimā
 totius Christianæ reipub. calamitatē, incidit ter, semel uero suplex 12000. auri untijs abso-
 lutus, recidit. Is porro inuictis castris ē Germania, per Italiam, in Syriam delatus, urgenti-
 bus reditum domesticis, anno imperij 10. cum Sultano decennij, treugas pactus, Hiero-
 solymam, secluso templo, cum regno receptam, tum restauratam, Christianis incolendam,
 restituit. Illic tum regio splendore coronationis suæ, Pascatisq; festo peracto, dum interim
 R. Pon. Syculiam per Ioannē, illius Socerū occupaturus, cruce signatorū auxilia in Syriam
 transmittenda, contra eum retineret. Ille relictis in Syria copijs, in Italiam reuersus, dū fru-
 stra Pon. omnia eius acta & improbant, & execrantī reconciliari studet, tū cōtemptis om-
 nibus dyris, obuios intra Ro. Urbis portas utriusq; ordinis cruce signatos in crucē discer-
 psit. In Pon. in Episcopos, in Clericos, in rebelles Lōgobardos, in Guelfos omnes ubiq; de-
 sauiens, anno imperij 28. in Lugounensi Cō. abrogatus, nullo contra eū imperiū subire au-
 so, in aduersarios seuire non prius desijt, quā Italico luxu eneruatus, Panormi ueneno, aut
 nothij filij Manfredi Tarenti Principis manu succubisset, destitit. Indidem Entius filius
 Sardinia rex. Longobardiæ gubernator à Bononensibus captus, in carere periijt. Subinde
 Conradus iij. Frid. ex Iole filius, quem pater Hen. filio ab rebellionem enecato, Principū
 adensu in Germaniæ regnum suffecerat, à subrogatis patri, Hen. scilicet Turingo, & Guiz-
 lelmo Holando regibus, Inno. Pon. execratione, iussuq; uexatus, atq; uictis, Ecelini Vero
 nesi Tyranni prælidio, eueris Guelfe factionis Neapolis, & Capuæ munitionibus, here-
 ditario suo Syculiæ regno potius, in utriusq; ordinis Guelfos crudescens, Manfredi regnū
 adfectantis nothi fratris sui dolo, Fungie defunctus, unicū legitimū reliquit heredē Cō-
 radinū ex Bauara duce filium, Qui nondū adules anno post obitū patris 17. Manfredi pa-
 truoprestanti forma, & animo Syculiæ, Tusciæq; Principe. Item R. Pontificū quos aliquo-
 ties cruenta retulerat, execratione, iussuq; biennio prius à Gallis interempto, paternā re-
 gna petiturus, Romę salutatus Imperator, tū in Marsis fugatus uictor, desertus, captus, lu-
 dibrijs adfectus, Pon. consilio, & Antiregis Galli Caroli, ab illius auo, prouintie comitatu
 stirpi finē dedit. Sueuia tū in prouintia redacta, natiuo principe caret. Apulia, atq; Syculia
 Gallis Ro. Pon. opera cessit, atq; decessit ad Hispanos. Anno nanq; Rodol. s. Ro. Pon. Ni.
 & Syculi, Gallicū luxū, fastumq; pertesi, quicquid eius apud se gentis fuit, ad Syculas ue-
 speras occiso, Petrum Aragorū regem, ius à Constan. uxore Manfredi Suæuię regis filia
 prentendentē, admiserunt. Hinc Hispanis Syculia paruit. Anno Fæderici ij. 4. Tartari Dauid
 Persa Duce, à Scythicis Belia iugis egressi, cūctis hac usq; deuastatis, Medis uidelicet Per
 sis, Assyrijs, Armenis, Sarmatis, & accisis Turcarū opibus, uicto scilicet à Bathone, Goniata
 Turcarū rege, iuxta Meot. paludē in Cathaiā amplissima urbē regnū posuere. Inde Tratia,
 Vngaria, Polonia, atq; Selesia misere depopulatis, præce magis, quā ui in captas sedes re-
 uersi, dū Christū audire cœperunt, tum mitiores facti, Christianis auxilia præstiterunt. Anno
 Fri. ij. 28. Vngarorū Rex Bela Tartarorū ab afflictione liberatus, Fridericū ultimū eius
 generis omnibus exosum Austriæ Ducē, Imper etiam armis ante, Imperio addicta Vienna,
 castigatū, in conflictu peremit. Qua subinde Ducatus ille Othocaro ambizioso Bohemiæ
 regi, Vngarorum profligatori, uel à coniuge sua cæsi Frid. sorore, paulopostea repudiata,
 i s Sed &

Balduini Con-
stantinop. suc-
cessus.

Hierosolyma
Christianis
reddita.

Entius Sardi-
niæ rex.

Conradinus ul-
timus Sueuię
Dux.

Carolus ex
Gallis primus
Syculiæ rex.

Tartarorum
regnum.

Bela iij. Vn-
garię rex.

Diui Ludoui
ci Francie re
gis successus.

Caroli sculi
successus.

IMPERII ROMANI
Germanorum Imperato
res et anni.



100. Ottho iiij.

Interreges
Henricus
Guilelmus
Richardus
Alfonfus.

10.

101. Fædericus ij.

32.

102. Conradus iiij.

2.

Othocari Bo
emi successus

Hen. Thuringus

Guilelmus.

5.

Richardus

Alfonfus rex.

16.

103. Rodolphus.

Rodolphus
Imperator.

19.

102. Adolfus

6.

105. Albertus i.

19.

1308.

Sed & eo à Rodol. Imperatore cæso, publico principum ad-
sensu, Alberto Imperatoris filio cessit anno Imperij illius 8.
Cuius illustis propago felicissime aucta durat. Sub ultimis
Fride. ij. annis. Lud. Francorum Rex Diuus, Ro. suadente,
Pon. atq; pollicentibus opem Tartaris, Damiatam iterum
captam, ingenti cæde, pro fratribus, seq; captiuo Saracenis
restituit. Hinc idem anno Alfon 12. cum tribus filijs, & Fratre
Car. Syclia rege per Aphricam in Asiam rediturus, Cartha
thagine capta, Tunes oblidens, pestifera terra uictus, Cælum
triumphauit uir Christianissimus. Tum Carolus, Saracenis
libera Christi prædicatione, atq; tributo Imperato, in Syclia
peste repulsus est.

Frid. ij. ab Innocen. Pon. deposito, per electorum dissens
sionem sub 28. Interregni annis Frid. defuncto, regnarunt.
Con. iiij. uiuente patre coronatus, aduersus hunc, Pon. iussu,
Hen. Thuringia comes pugnans, ad ulmam telo ictus, occu
buit. Huic subrogatus Holandia Comes Guilelmus, acto in
Sycliam Conrado, à Frisonibus, Holandia uastata, non impu
ne cæsus est. Hinc largitionibus suffecti, Richardus Eboraci
Dux, Anglie regis frater, & Alfonso Castellæ rex Astrorum
doctus. Illo morte, Hoc uero Pon. R. persuasione defuncto, O
thocaro Boemo ambitore posthabito, Pon. & principes in ab
sentem consenserunt Rodolfum Comitem de Hapsburg, gē
te Heluetium, tunc pro Tygurinis Basilienses impugnatem.
Virum armis, atq; prudentia clarum. Anno Guil. 2. Othoca
rus Boemie rex à re in Prussia magnifice gesta noue arcis Re
gimontis adpellatione monumentum reliquit. Anno Alfon.
3. Michael Paleologus nobilis Græcus Genuensium contra
Venetos auxilio, Balduino Imper. & Iustiniano Patriarcha,
cū Latinis suis excluso, Constantinopolim recepit. Tū Theo
dori Batazæ defuncti Græcorum Imper. quos tuendos acce
perat, filijs occisis, se Imperatore nouo, Constantinopolitanū
Imperium Græcis restituit. Indidem Genuenses cum Pisanis
socijs, à Venetis apud Acam, & Tyrum grauiter adflcti, Ve
netos uicissim, Duce capto, grauiter adfligere, Turcis utrin
que triumphantibus. Anno Alfon. 10. Bondodacar ex Coma
norum seruorum genere Aegypti Sultanus, debellatis in Sy
ria Christianis, per Armeniam grassatus, Anthiochia, inter
fectis incolis, pene deleuit. Hinc sub Rodol. anno 1. in Ar
meniam reuersus, 200000. captiuorum rapuit nō inultus, Ar
meni nancq; iunctis sibi Tartaris 100000. Babilonioz fuderūt
aduersus Assyrios pugnās occubuit uir fortis. Rodolphus cū
uxore Anna Comite de Haigerloch Aquisgrani coronatus,
Laufannæ Gre. Pon. se commendauit. Hinc Germaniam in
consensum, aut consilio, aut ui tracturus, ex rebellibus poten
torem Othocarum Boemia regem, pacti negligentē, 14000.
strage peremit. Boemiam, Sancto Vincelao illius filio, gene
ro suo. sed Austria Boemis ademptam, adiecta Stiria, Carin
thia, Na-

thia, Naonis portu, atque Carniola, Alberto filio suo, & Nurenbergensem Comitatum
 sororio suo Comiti de Zollern tradidit. Heduum Almiratum, Alsates, Badenses, *Albertus pri-*
 Francones, Bauaros, & Vuirtembergenses armis audientes fecit, Prædonum arces euer- *mus ex Hab-*
 tit. Sed cui rei magnopere studuit, ex tenui amplam comparando posteris suis in Aleman *spurgæ Austri-*
 niaditionem, factiosam Italiam, per licentiam redemptionis auro contentus, Vulpeculæ *e dux.*
 que in egrotum Leonem pretexto scommate, neglexit. Antecessorū periculo, tā & si caus
 tior, nec tamen Pon. euasit dyras, quas euitato Turcarum macello, incidit. Sed dimissa Pō.
 suarum Parti Romandiola, Bononia, atq; Rauenna, absolutus, Spiræ diē clausit. Cui dū nu
 meratis suffragiis, filius Austriæ nouus suę stirpis primus Dux Albertus succedere debu- *Adolphus*
 isset, electiōe mutata, successit Adolphus Anaxōis Comes, armorū literarūq; doctus. Qui
 non sua, sed imperium aucturus, cum asperius imperaret, atq; Francis, & Anglis mutuis
 hostibus à nummis illuderet. Tum Maguntini Archiepiscopi cognati sui, cuius præconio
 positus erat, eiusdem criminatione depositus, ab Austriæ D. recepto, apud Vuormatiam *vlto.*
 medie diei pugna copia potius est oppressus, quam uictus, nec inulte occisus, dum coniū-
 ratorum Principum iusta morte nullum obijisse compertum est. Rege scilicet à nepote,
 Archiepiscopo subitaneo casu, Argentinensi Episcopo à rustico, Comite de Haigerloch
 à Bauaro, Comite de Ochsenstein in pugna, Comite de Zuinbruck à flumine, & Comite de
 Lyningen infania confectis.

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni.PONTIFICATVS ROMA.
ni successus.Ptholomais
ammissa.

101. Benedic. xi

1.

Vacat 1.

102. Clemens y.

9.

Vacat 2.

Sextus decre
taliū editus

103. Ioannes xxij.

19.

102. Benedic. xij

7.

105. Clemens vi.

11.

Iubileus an
nus institutus

106. Innocen vi

10.

107. Vrbanus y.

8.

108. Gregorius xi

7.

109. Vrbanus yi.

12.

110. Bonifa. ix

15.

1202.

icolaus iij. Asculanus Franciscanorum Magister doctissimus, sed in partes procliuor. pacatis Aragonibus, & Gallis, redemptum Carolum iij. Sylicia regē coronauit. Ad Anglos, & Gallos implacabiles pacandos intentus, dum hī benemomenti non paruissent, atq; dissidentibus, & ambientibus Ducibus, Christiani milites, eius etiam stipendio conducti, male pugnassent, Ptholomaidem à Christianis annos 196. habitantem à Sultano, cæsis incolis, funditus euerfam relinquere coactus est. Qua, ammissa Asia, solæ Cyprus, atq; Cylitia. 300000. Christianorum cædi susperstitēs, Christum retinere. Celes. v. Eterniensis, transacta biennij Cardinalium ambitione, Neapolitani regis hortatu, ex Eremo uir sanctus, sed literarum ignarus, ad Pon. adsumptus, dum is plus solite humili uite, quā insuetæ superbe dominationi uacaret, tanquam ineptus, à Benedicto Cardinali iuris utriusq; callidissimo Pon. adfectatore, simulata deuotione persuasus, abdicandi Pon. iure decreto, heremum repetiuit, ne uero & Pon. aliquando repeteret, impie uita spoliatus, subindeq; sanctorum in numerum Petri Confessoris nomine relatus, Celestinatorum religioni nomē dedit. Igitur ex Anagnino Benedict. Bonifa. viij. Intrauit, ut Vulpis. uixit ut Leo. mortuus est, ut canis, sicut fecit, ita redidit ei deus. Ille porro, cum in Sextum ab se compilatum decretalium librum retulisset, Pon. Ro. Cæli, nedum terræ clauigerum, uel multo simul numero animas ad inferos detrudētem, à nullo hominum iudicandum, tum licite commissurus omnia, Imperium Alberto, tanquam Domini sui percussori, ter denegatum, in execrati Philip. Francorum Regis odium cum Francorum, ut sui iuris, regno sponte obtulit. Iubilæum pleniss. centesimi anni ueniam, Romam tunc adeuntibus dedicauit, quo innumero Christiani orbis cōfluxu ditatus, & que phanis, atq; pphanis agnatos ditauit. Sed Gibelinos, cōtra q̄s Franc. Regis fratrem, Valesium Carolum patrimonio Petri præfecit, quā oderit omnis, in Genuensi Archiep̄sco demonsttrauit. Cui, Papali cinerum sacro, iacto in illius oculos cinere, dixit, memento, quod Gibelinus es, & cum Gibelinis in cinerem reuerteris. Vrfinorum, Columnensiumq; factiones, damnaturus ipse, cōcitauit, non impune quidem, dum execratīs Columnensibus, à Colūna Sarra, Galli regis ope, in paterīna domo captus, Imperiosam Romano in carcere uitam clausit.

Benedict. xi. Taruisinus Dominicastorum sanctus Generalis, ablatīs dyris, atq; discordijs ab Antecessore illatis, mox Abbatissæ ficuum obsonio Perusij defunctis est. Clemens v. Burdegalsis Episcopus, Vasco doctus. ab ambītiōis Cardina libus

nalibus, Franci regis opera, Lugduni coronatus, à Bonifa. destituta, restituit, Regi scilicet atq; Columnensibus Romanas tum, & Italicas auersatus factiones, relicta sub Senatoria potestatis Cardinalibus Roma, Pon. sedem Auinione, Britonum Ducis interitu, posuit. Illic, haud sine magno Romanæ Urb. Italiaq; totius detrimento lxxij annis detentam. Templarios rege potentiores atrociter extinxit. Sed Hospitales Ioannitas suis indulgentijs, atq; templariorum spolijs magnifice prouexit. Qui annū eius circiter quartum, è Neapoli classe ducta, Rhodum Turcis ademptam, suæ militiæ sedem fecere. Ioannes xxij. Cartucensis, prouidi, magniq; animi Gallus, Inter diuersæ factionis Cardinales arbiter factus, sese Pon. dixit. Sed Lud. Imper., quod, eo non placato, imperaret, cū hereticum, tum execratum dixit. dixit item, assertis antecessoris sui Clementis Clementinis, inopia hæresim, optimo scilicet sui iure, dum ex inope quinquies uities mille millium aureorum nummum thesaurum 90. uitæ suæ anno defunctus, reliquit, ecclesiarum transformator, fructuūq; decimator implacabilis. Benedict. xij. Tolosanus Cistercij monachus, Theologus, pene inexorabilis, consanguineos Pon. habere negans, indignos & ineptos ab honoribus, atq; sacerdotijs edicto repulit. Imperatore contempto, Italiæ ac sui iuris regulas pro Ro. Se. defensione cōfirmauit. Clemens vi. Lemouicensis iurium Doctor. Benedicto mitior, neminem in solatum dimisit. Sed in Imperatorem fauorior, Ioannis in illum acta, adprobato Carolo. grauauit. Arrogantē scribam Romam in libertatem prouocare ausum, Item & Mauros Hispaniam depopulantes, expugnauit. Ioanne Roberti Apuliæ regis nepoti, foemina uitijs, iuxta & uirtutibus insigni, quæ cognato marito, Vngaro Andrea suffocato, altero cognato Tarenti Principi Lud. nupserat. Apuliæ regnum, à Lud. Vngariæ rege, And. fratre ulto, captum, accepta pro feudalis pensionis redemptione Auinione, restituit. Iubilæum è centenario quinquagenarium fecit. Innocen. vi. Lemouicens. utroq; iure consultus integerrimus, ut in re priuata parcus, ita pub. in utilitatem largus, Clementis manū restrinxit, Imperato singulis ad sua sacerdotia reditu. Sacerdotia presbyteris nō nisi doctrina, morumq; probitate conspicuis indulgit. Curia, foriq; præfectis, stipendio singulis deputato, muneribus interdixit. Tum altero libertatis tribuno sublato, Romam, cōstituto Senatore Hugone Cypri rege, pacauit. Urbanus v. Lemouicēsis, Benedicto sacer. Sanctus Canonum doctor. ab Italia pacata, Romaq; aliquantulum restaurata, Massiliam reuersus, Montis pessulani Medicorum, decretorumq; Scholæ conditor, non sine uenenis suspicionē obiit. Greg. xi. Cle. vi. ex fratre nepos, ab eodem ita doctus, ut cum iure peritiss. Baldo præceptore certaret. Romanæ desolationis misertus, Romam anno Pon. sui 6. Se. de reducta, eam principis absentia moribus, menibusq; collapsam, utrinq; reparare studuit. Urban. vi. Neapolitanus, inuitis suffragijs electus, Vir iniuriarum tenax, ac uindictæ cupidus, aduersarios ulturus, qui eius poenitentia, Clementem vij. statuerant, Carolum Dyrachij Principem, Vngaris armatum, contra Ioannam cognatam, Neapolis reginam, Otthoni de Brunsvig Duci nuptam, strangulo tum peremptam, in Apuliam promouit, Regem creatum. Cardinales quinq; saccis inuolutos mari demersit. Pont. Ergo scismata xxij. coorto, multis, magnisque confusionibus, execrationibusq; 40. annis agitato, Clemens vij. Bened. xij. & Clemens. viij. Auinioni interea Pontificauerunt. Urban. non absque uenenis suspicionē, sed absq; commiseratione tanquam homine minime urbano sublato, Bonifac. ix. Neapolitanus. Bonifac. viij. parum dissimilis, tam & si literis, & ætate illo minor, industria uero tantus, ut omnium Pon. facile primus, totum Urbis principatum. Pontifici liberum fecerit, omnibus in urbe, magistratibus suo nutu creatis. Vaticanum, & Adriani molem munivit. Iubilæi, nouoq; Annatarum lucro ditatus. In agnatis ditandis, & in Venijs, dispensationibus, atq; sacerdotijs auctionandis licentior, haud pauca prauæ cupiditatis exempla posteris reliquit. Innocent. vij. Sulmonensis tumultu, ciuiumq; sanguine reductus, Picens Nepotem suum Marchionem creauit.

Templarij de
leti.Thesauri
Pontificis.Ioanne Apu-
lie regni suc-
cessus.Carolus Dyra-
chij Co. Sycia-
lie rex.Papa Romæ
Dominus.

Grego. xij.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

Scisma Pon.

Roma capta.

Constantiense
Concilium.

211. Innocent. vii

2.

212. Gregorius xii

3.

213. Alexan. v

1.

212. Ioannes xxii

5.

Vacat 1.

215. Martin v.

12.

Hufsi exitiū.

216. Eugenius iiij.

16.

217. Nicol. v.

8.

Basiliense Co-
cilium.

218. Calix. iij.

2.

219. Pius ij.

6.

220. Paulus ij.

7.

221. Xistus iij.

13.

Felix quintus
primū ducem
Sabaudie cre-
auit.

222. Innocent. viij

8.

223. Alexan. vi

11.

1503

Gregorius xij. Venetus, uenerandus uir, hac lege creatus, ut cum Benedicto liberam in electionem cederet, qua non succedente, utriusq; Pon. Cardinalis, utroq; deposito, tertium Pifana in Synodo Pon. addidere Alexan. v. Cretensem doctiss. Franciscanum, ad paupertatem in pauperes largum, Qui armato Syclia titulo, contra Latislaum Vngarum Apulia regem, Romæ tunc occupatorem, Ludo. senioris Andegau regis filio, Bononiæ dum obiter omnium luctu obijisset, ambigentibus tum ibidem de successore Cardinalibus, adfurrexit Ioannes xxij. Neapolitanus, uir ad secularia, quam ad sacra promptior, acceptoq; Petrine chlamidis arbitrio, ea sese uestiit, inquiens, ego sum Pon. Tum correptis armis, Andegauo & Malatesta Ducibus Latislaum, si uictorie uti sciuisset, Roma, Romanoq; limite pulsum, domuisset. Sed ab eodẽ uictus, atq; fugatus, redamisso imperio Ro. cum Ro. nominis Imperatore Constantiense Concilium inijt, ubi cum Gre. xij. & Benedicto xij. abrogatus, ex Heidelbergensi carcere, Florentie noui Pon benignitate in Cardinalium numerum receptus, moestam uitam prope clausit. Martinus v. R. Columna stirpe nobilis, uir in consultando promptus, indicendo breuis, in agendo cautus, & in partes medius, Iustitiæ monitor, præter dignitatem, & ius nemini quicquam concessit. Ad ecclesiasticas dignitates, atq; sacerdotia, dignos, atq; doctos, uel è literarum gymnasijs delectos præfici mandauit. è Cõstantia, ubi cõmuni omnium uoto Pon. creatus est. Romam reuersus, Patriam & moribus, & ædificijs ita reparauit, ut ab omnibus patriæ Pater adpellaret. Interea uero Clemẽte viij. mortuo, & Bene. xij. Alphonfi Aragonũ regis opera tum substituto, tum destituto, Episcopatus dono in ordinẽ redacto, Pontificatũ à scisma te liberauit. Postremo contra Boemios Hussitas, quorũ autor Ioannes Hufsi ignis suplitio Cõstantiæ cõstanter obierat, Qui subinde, legitimo refo rege, Zischa pugnaci, Thaboritarũ authore, Duce, in ecclesias, & in ecclesiasticos igne, ferroque sæuiebant sæuissime, frustra Ro. Legati, Imperijq; tentatis armis, accepta scilicet, bis ingenti, pudẽdaq; clade, Basiliensi cõciliorẽ acturus, apoplexi cessit. Eugenio iij. Veneto, incõstãtis laudis homini, Qui ex fratricella factus Papa. Quod mox diuina, & humana simul conturbaret, exturbatus urbe, in Basiliensi Concilio ab antecessore Mart. indicto, eius quoq; literis adfirmato, hinc uero Florentini Consilio autoritate derogato, atq; postremo Lud. Gallici Delphini armis, 1400. uincẽtium scilicet Eluetiorũ ad Basileam cade, dissoluto, subfecto Felicis v. nomine Amedeo Sabaudie Comite, aucto, eremita, bello, paceq; claro, Qui Põtifex primogenitum suum Ducis adpellatione sublimauit, anno Pontificatus sui 9. abrogatus, Romæ autem è Florentia anno pontificatus sui 13. receptus, sacra, religiones, & literarum studia magnopere iuuuit, Iulianum S. Angeli Cardinalem Legatum, à Martino pridem Hussitis

Hussitis oppositum, Vngarorum pacationi destinatum, cum Polono Vngariæ rege Vladislao, fracto, strenua parto uictoria fœdere, in Amuratem Turcarum Imperatorem ar-
mauit, qui pugna ad Barnam commissa, multo utrinq; 400000. cruore fuso, Turcæ, capitū ^{Amuratis}
suorum triumphum cæsi, dedere. Sed & ipse Pon. in domesticis bellorum tumultibus uitā ^{Turcæ uictoria ex suc-}
clausit. Amurathes aut uictorijs iā satur, priuatæ religioni uacaturus, Imperiū Machume ^{cessus.}
to filio sub tutore tradidit. Tum à Ioanne Hunniade præstātissimo Vngarorum duce, atq;
Turcarum sæpe profligatore, refarciendæ Barnensis cladis spe commoto, ad castra reuoca- ^{Ioannes Hun-}
tus, in Basilia iterum uictor, paulopost priuatæ religionis uitam morte finiuit. Nicolaus ^{nias dux.}
v. Sarzanus, ut à genere humilis, nempe Chyrurgo patre natus, sic à uirtute nobilis, nem-
pe è uario uirtutis, sapientiæq; genere renatus, uno eodemq; anno Episcopus. Card. & Pa.
creari meruit, tum singulare à mansuetudine, pace, iustitia, liberalitate, uel præcipue à do-
ctorum uirorum cultu, bonarumq; literarū reparatione laudem adsequutus, Ablato, per
Ces. Frid. ab eo gloriose coronatum, Pon. scismate, Felice Card. & Legati autoritate con-
tento, captam à Turcis Constantinopolim lugens, accedente podagra, mœstam efflauit ani-
mam. Calixtus iij. Borgia Satiuenis Gothalanus, uir annis & iuris peritia grauis, in ege-
nos, præcipue nobiles, atq; puellas munificus, placidus omnibus, in Turcas autem incen-
sus adeo, ut præter Christianorum cruces, Qua anno Pontificatus sui 2. Io. Capistrano mi-
minorita, & Io. Hunniade ducibus Mahumetum apud Albam 40000. cede ab ungaria re-
tudit. Item Asoncassanū Persarū, Armeniorumq; regem in illos excitari. Eiusceq; rei cau-
sa, Diuæ uirgini, atq; crucifixo Christo, meridianas ad campanæ signū præces, & transfigura-
tionis festum instituit, ac ueniarum, optime formæ literas effudit. è quibus, tunc quinq;
ducatis redemptis, nunc minimo redimendis 1500000. ducatos successorī reliquit. nec ^{Veniarum om-}
mirum, cum nostris diebus Samson Mediolanensis Franciscanus octies totidem eodē ne- ^{pes.}
gotio congesserit. Pius ij. Senensis nobilis, ac literis politioribus eruditus, consultus, a-
deoq; Constans, ut nil unquam uel metu, uel auaritiæ nota permiserit, impunitumue reli-
querit. Sigismundum Austriæ Ducem ob uiolentas in Cusanum Cardin. manus, prophæ-
nauit. Georgio Boemiæ regi Rochezanę Hussitę fautori pro fide diem dixit. Lud. Frāco-
rum regem Basiliensi pragmatice renunciare coegit. Ferdinandum, Alfon. nothum, con-
tra Ioannem Andegauum Renati regis filium in Apulię regno seruauit. In Turcas pa-
ratus, Anconę febris succubuit. Romam ad Diuī Apostoli And. caput, è Peloponesso nu-
per allatum, suo iussu tralatus.

Monarchię

CATALOGVS ANNORVM
MONARCHIAE IIII. ROMANAE GERMA
norum successus.

IMPERII ROMANI
Germanorū Imperato
res & anni.

Boemia reges

Alberti inter
ritus.



Alberti per
cussorum fors

106. Henricus vij.
6.

107. Lud. iij.
33.

108. Carolus iij.
31.

109. Vincelaus
22.

1200.

Elpis Sultanus

Heluetiorum
liga.

Vuirtenberg
deuastatio.

Lbertus i. Austriae nouus Dux, monoculus, & ob numerosam ditandam prolem auarior, sororis suae filio Vincelao iuvene rege paternae sanctitatis experti, a suis clam occiso, tum Charinthiae D. ac Tyrolis Co. Hē. Vincelai sororio depresso, Ro-

dolphum filium suum, Boemis Regem ui dedit, Cui mox defuncto, contra eundem Hen. alterum filium Frid. subficere conatus, ab Ioanne Rodol. fratris sui filio, quem materna Kyburgenli Comitatus hereditate priuarat, in Argea suae ditionis, Vindonissae, ubi per insigne necis huius monumentum Regicampi duplex Cenobium, ab Agne filia sua Vngariae Regina conditū, est interfectus, tum Spirae sepultus. Interfectores autē Lupoldo filio psequente, Barones. Vlricus de Palma morte, Arcis suae Altbirren captionem effugit, quinque uiris gladio dimissis. Gualtherus de Eschelbach in Vuirtenbergenli Comitatu bubulcū agēs, annos 35. latuit, in obitu cognitus, honeste sepultus est. Rodolphus de Vuart. Romano in itinere captus, in latrocinij loco, equo distractus rotae supplicio periit. Ipse uero Dux Ioannes in Begini habitu, Hen. Imperatori delatus, Augustiniano in cucullo Pisis uitam exegit. Año illius primo. Chaganus Tartarorum rex, repudiato Muhamat, Christum amplexus, uir ut corpore turpis, sic animo praestans, profligatis Saracenis, cum Syria Hierosolymam cepit. Eo uero defuncto, Elpis Sultanus recuperatis omnibus, Christianū nomē, Ptholomaide capta in Asia deleuit. Anno 2. Otthomannus a natali Gallatiae oppido nomen habens, genere ignobilis, sed uir ad arma strenuus, Principum adiutus discordia, collecta per tumultum praede cupidum manu, infestus eque omnibus, Bythiniam, & reliquas, circa Pontum prouincias, per annos sui Principatus 10. suae ditionis ita fecit, ut posteris sui, omni Turcarum Imperio in se contracto, ex Asia, Turciam effecerit. Eodem anno Suetzeri, Vranij, & Subsylviani Alpinae Hebuetae populi, eiectis magnanimae tyrannis, in libertatem coniurantes, Ligā deinceps ingenti nobilium, principum, Regumq; terrore memorandis gestis & prouectā, & super uetustum pagorum numerum auctam, strenue conseruauerunt.

Henricus vij. Lucenburgi Comes uirtute praestans, Principum, atq; Pon. consensu, contra Galli ambitionem imperare iussus, mox primo imperij sui anno Boemiam, fugato in Carinthiam suam Henrico, captam, Ioanni filio suo quatuor annis minori, coniuncta ei Vincelai regis 18. annorum sorore, tradidit. Eberhardum Vuirtenbergensem, Vuirteberg arcis euerfione, ac 72. castellorū, oppidorumq; expugnatione domuit. Conradū Oettingensem Comitē ad monasticū panē cōpulit. Hinc Mediolani, hinc Romae in laterano Guelfis Petrum occupantibus, coronatus, Florentinos solos rebelles, & eorum Ducem Apuliae Regem Robertum, laese maiestatis crimine damnatum, Frid. Siculi regis generi sui praesidio coerciturus, Ro. iam nū auersa Pon. Florentinorum numis, atq; nephando dominica stri calice, Bonconuenti sublatu, ipse Pisis. Augusta Genue, & frater Cremone digna mausoleis pompa sunt illati. Subinde bipertiti Francofurdiae principes, quatuor.

Ludouis

Lud. iiii. Bavar. Aquisgrau. reliquit tres Frid. Alb. i. Austrij filii. Bunnæ coronarūt. Qui simul graui coorto partiu bello, Lud. Rodolphū Pallatinū D. fratrem suū aduersantē, in exiliū pepulit. Brandenburgi Marchiam hærede uacua, Lud. filio dedit. Frid. Conregem cū Hen. fratre, cruenta unius diei cæde, a.ño Imp. sui 9. captū, tertio carceris anno, receptis insignibus, Imperio renunciantē, dimisit. Interea uero, agēte per Gallū Imperij adfectatorē, Frid. fratre Lupoldo, Ioannes Pon. Lud. atq; se rerū omniū Dñm negantē, Quod id abnegasse sit apud Ro. Pō. heresiū facile maxima, diris adstrinxit diriss. Quibus ille, ut doctorū iudicio impijs, atq; Cæsareꝝ maiestati iniurijs declaratis, quacūq; potuit ui per omnē uitā suam multo multorū dāno restitit. Tū a.ño Imperij 13. a Ro. Romā uocatus, Italiā, urbēq; factionibus atrocissime sæuientē, ingressus, suæ partis Gibelinos ut auxit, ita diuersæ partis Guelfos oppressit. In Laterano cū coniuge, quæ Romæ Lud. Romanū Holandīa D. peperit, à Columnensi Cardinali, remittente Pon. coronatus, Papā dixit Franciscanū Corbariū à Ioanē Pō. perpetuo carceri mancipatū. Sub id tēpus Hen. Carinthiorū, Tyrolorūq; Principē cū stemmate sepulto, Imperatoris autoritate Carinthia, cōtra Boemū Hen. generū. Austriæ iuncta est. Et Tyrolis mox à Boemo ad Lud. Brandenburg. tralata, p̄xime Austrij dono cessit. Impator postremo, toto Imp. sui tempore Cōregū, atq; Pō. turbinationibus agitatus uictor, aut contēptor, ab Ioanē Austriæ cōiuiui uenatū iturus, apoplexi eꝝ deiectus expirauit. Eius Imp. a.ño 25. Bernēsēs Eluetij, Papę audiētes, Impiali 30000. exercitu, 4000. cꝝ de p̄fligato, Imperiali oppido Lope, Et 28. deuastatis arcibus, ciuitatē suā auxere. A.ño Imp. 26. Eduardus Anglię rex, Frāco. regnū maternę hereditatis iure Valesio regi Philip. erepturus, apud Schlā 400. nauitū classē, Valesio fugato, cepit. Tū a.ño hinc 6. ad Grētiacū 30000. Gallorū. Maioricarū, Boemięq; regum. Regis fratris, Lotharingię, Fland. Britā. Ducum. Artesij Salinarum, & Mōtis peligardi Co. strage, iterū fugato cum Car. Imp. Valesio, Gallia Lilia, tum & Calisiū, magno Gallorū detrimento, obtinuit. A.ño 31. Andreas Vngarię stirpis Apliæ rex ab agnatis regni cupiditate laqueo neq; en regis fatū. Caro. iiii. Io. Boemię regis filius. Morauia Marchio multarū linguarū, rerumq; doctus, & prudēs, cōtra Bavarum discordi Principum uoto Buñe bis coronatus, tum à Cōregibus numorū præsidio liberatus, postq; Romæ magno totius Italię, & urbis fauore, sed indigna Imp. conditione coronā suscepit. urbe, Italiāq; p̄pere, atq; cōuenerat excedēs, Vuirtenb. Co. & Austria D. Imperio parere coegit. Sed Imperiale Arelati regnū, ac Viēnā p̄uinctiā cognatis Gallis cedere passus est. Hinc Roma iussu Pō. alteri uisa, Christianorū macellū, Turtiā uisere recuſauit, Tū quietis, Boemięq; suæ studiosus Vincelaū filiū solis numis, adq; uoluptatibus adfectū, nullius prætiū hominē, caro. Imp. dāno eius, Imperio coemit. A.ño. 9. Ioannes Frāco. rex, Imperatoris gener, cū Philippo filio in Pictauis ab Eduardi Anglię regis filio Richar do captus, tū post 4. annorū cōflictū 15. Comitatus, atq; 1300000. aureis Philip. redēptus, ob fides redēpturus, Lōdoni morbo diē clausit. Ex eo Burgun. Aurelij, & Anda. Ducū stirps renata est. A.ño 28. Bernēsēs Eluetiorū ligę potentissimi, tumultuariā Cussini, Anglici, à Lupol. Austrio dotē exacturi, 100000. circiter cohortē, in Argea uagantē, plus 3000. cū Iuone Calisi D. cꝝsis, diffugarunt. Vince. libidinofam ob inertia, qua, nō dū euicta, Hussitarū hæresis adcreuit, alterū à Princip. suis & alterū à fratre Sigis. custodię dato, sed elapso, tū ab electorib. abrogato, defuncto mox eius fratre Ioanē, Iodoco nepote Morauię Marchione electo. Robertus Palatinus Co. & Bavar. D. uir Iustus & prudēs, inuitus Imp. suscepto dū per Imp. discordiā nil expediret Lōgobardia frustra tētata, reliquū tēporis domi quieuit. A.ño Vinc. 7. Eluetij pauca manu Lupol. Austriæ ducē sua repetiturū cum insigni nobilitū comitatu apud Sempachū occidere. Cædē hāc, ultione Cassata, Glaroni Paulo post auxere Eodē a.ño. Carolus Apulię rex, patruo Ludo. potētissimo. Apulię, Polonię & Vngarię regi, in Vngarię regno, contra Sigism. Brādenbur. March. Lud. defuncti generū, & eius dē a testamēto Vngarici regni hæredē, successor datus, Elisabeth uiduę reginę dolo iugulatus, ultorē habuit Ioannē Banū, q̄ trucidatis Reginę ducibus, reginā seniorē submersit, iuniorē

Austriorum
strages.

Bernensium
uictoria.

Arelati regni
num alienatū.

Lupoldus Au
striæ dux cæ
sus.

k iuniorē

CATALOGVS ANNORVM

IMPERII ROMANI

Germanorū Imperato
res et anni.

110. Robertus.

10.

Eberhardi
Vuirtenbergē
sis Co. success.
111. Sigismundus.

27

112. Albertus ij.

2.

113. Fridericus iij.

52

112. Maximilianus

25.

Ioannes Galle
atius Mediola
ni dux.

Sigismundus
Imperator.

Barbara Im
peratrix.

Fridericus
Austriæ dux.

Iuniorē uero Mariā Sigis. Cōiugē custodiē traditā, aduentāte cū armis marito, impunitatis extorta fide, libertati restituit. Is tū à Sigis. rege captus, diras ultionis suę pœnas retulit. Sed & ex aduersarijs regulis, q̄ mori, q̄ Boemico, ut aiebant, porco, seruire maluerunt, 32. securi percussi sunt. Eāq̄ ob causam rex captus, mortis supliciu nouarū nuptiarū munerūq̄ polliciatuōibus, uix euasit. Año 9. Eberhar. Vuirtenbergēsis Co. cū Imperatore Car. grauiter pacatus, Imperialiū ciuitatum, quorum ab Imp. tutor erat, hostis, Rutlingēsem trium Comitū. atq̄ 72. nobilium cedē ante años 11. passā, apud Vuilā ultus, Huldricum filiū, priore cede uulneratum, cum tribus Comit. ac 62. nobilibus amisit uictor. Pontentē itē nobilium suorum cōiurationē igne deuicit. Año 25. Vin. Imp. Ioan. Galeatium uirtutum comitē, id tēporis inter Italię Principes excelētiss. magnanimitate ad Imperium aspirantē, acceptis 100000. Ducatis, Mediolani ducē adpelauit. Año 26. Sigis. Vngarię Rex. magno Christianorū Principū presertim Francorū auxilio fretus, apud Nicopolim 80000. utrinq̄ fuis, Paiazete Turcarū Imperatori Bulgariā reliquit. Qui facili successu Thraciā, Thessaliā. Macedoniā, Phocidē, atq̄ Boetiā Grecis adimeret. Año Rober. ij. Tomyris Massagetes cognomēto Taburlan. ex Gregario milite Tartarorum rex. Paiazeta Turcarū Imp. 200000. strage, aureis uinculis curru suo adligato Aegyptiq̄ Sultano fugato, Asia, magnaq̄ Europę portione ditatus, sese nō hōim, sed irā dei, & orbis uastitatē adpellans, relicto, 1200000. ad Babiloniā exercitu, mortuus, atq̄ Marchanti, q̄ urbē ab se cōditā, uarias gentium captiuis, atq̄ spolijs repleuerat, sepultus, Imp. ampliss. filiorū discordia, pristinos ad possessores mox redire dimisit. Año 6. Veneti, Fran. Gonzaga Duce, strāgulato Fran. Carrario, Scaligerorū extirpatore, Veronā, atq̄ Patauū & Floretin. emulas Pisas obtinuerunt. Abbatellēses aut Eluetij, exuto Abbatis Galli iugo, ferro, & igne cōtra nobiles, horumq̄ Ducē Frid. Austrium, correptis Reni uallis incolis, in liberorū Eluetiorum libertatē cōiurarunt. Sigismundus, Vince. Imp. frater empti a patre Car. Imp. Brād. Marchio, a cōiuge Vngarię, & a stirpe Boemię, utrobicq̄ nō sine sudore, atq̄ sanguine rex Germanię Principū, & Ioanis R. Pō. cōsensu Imp. electus, primū ingēti labore, scil. eiufce rei causa, Italia, Gallia, Hispania, & Angliā pagrata, Cōstan. Cōcilio diuisum R. Pō. ad unitatem redegit. Hinc in regnis suis, Imperioq̄ seruando reliquum uitæ uaria fortuna cōsumpsit, excellēti uirtute Princ. singulari preconiō, doctos ingenuis, ante ferebat. dictitās, hos se, illos uero solū deū creare posse. Infida pfectione, dū Cōstantinianā adpasse donationē, ab Euge. Pō. Rōē año Imp. sui 22. coronatus, Inde biēnio in Italia trāfacto, Basilienfi Cō. tū adserto, per Con. pacta, perq̄ intestinas cedes placatis aliquantisper Boemię factionibus, año Imperij sui ultimo, Regiā susceptus in Pragā dum Ecclesiasticas res instaurando, male ualere cōpisset. in Vngariā abiturus, ipso in itinere, laboriosam 70. annorum uitam clausit. Genero Alb. Austriæ D. testato regnorum hærede. Tum defuncti corpus, simul & Imperatrix ob regnorum adfectionem captiua Barbara Ciliæ Comes, mulier nullius religionis, Superiorum, inferiorumq̄ iuxta contemptrix, & in omnē libidinē audax, in Vngariā uecta, illud Varadiæ cōditur. hæc autem, donec potentia renunciauit, mancipatur. ab irregali uita, regali Prage condita sepulchro. Año Imperij 5. Imperator Frid. Austriæ ducē, Quod Ioannis Papę fugæ conscius esset, honore, bonisq̄ priuauit. Qua Eluetij, omnes illius cis Renum possessiones occuparunt, quas neque reconciliato, neq̄ ius, neq̄ arma ferenti reddiderunt. Et Schafhusā Imperio se subiecit, ab Eluetijs postea in pagorum numerum recepta. Anno 7. Frid. Norici Burgi Comitē Brandeburgi Marchia. Cleuiā, & Sabaudiam ducis adpellatione donauit. Eodem anno ex fratris Vincel. obitu Boemiā accepturus, sed prius Vngariā a Turcis defensurus, Vngariam

gariam non defendit, atq; Boemiam, truncato Vratislauensium Senatu, alienauit. Anno igitur Imperij sui 9. Ro. Pon. auspicio, moto Boemis bello, hoste uix inspecto, pudende bis fugatus, pactione tandem facta quieuit.

Anno Sigif. 10. Carolus vi. Francorum Rex, cum uxore, filia, regniq; sede Parisio, à Philippo Burgun. D. in cuius potestate tunc amens rex erat, ob Ioannis patris sui necē, à Franco milite, in regis fratris Lud. Aureliani. D. iugulati ultionē, illatā, hosti, pauloprius amico per eū ab hostibus seruato, Hen. v. Angliæ regi, Iacobū Scothorū regē captiuū secū ducenti, traditus est. Tū ex eius filia natus Hen. vi. auo materno, patreque defunctis, utriusque regni titulo Parisij coronatus, Carolus vii. solis interim Bituricēsis imperante, subindeq; mox año Sigis. 21. Regnū, Ioanne puellæ auspitijs, recuperatē, utroque priuatus, mira humanæ uicissitudine rege, misere uitā peregit. Año 23. Vlatislaus Poloniæ rex. Magistro Magno Teutonicorū ordinis militū cū 600. auratis eqtibus, & 41000. militū interfecto, magnā Prussiæ portionē in suā potestatē redegit, haud incruente, amissis scilicet ex Polonis. Lithuanis, Rutenis, & Tartaris 145000. hanc stragē in ultimū Roberti annū numeratā legi. Tū hūc regē fuisse reor, q̄ ethnicus Lithuanix dux Jagula, Vladislai nomine Christo baptizatus, excluso Guilermo Austriæ D. per Hedwigē, Mariæ imperatricis sororē, Poloniæ regnū adsecutus, Casimirū Poloniæ, & Vladislauū Vngariæ precreuit reges. Año 25. Genuen ses suis ad Caietā obsessis opitulatur nauali decē horarū pugna 600. caesis, Alphōsum Aragonū Regē, à Ioāna ij. quæ Guilermo Austriæ duci nupta fuerat, Neapolis regina cōtra Andegauū Lud. iij. in filiū regnūq; adoptatū, cū duobus fratribus regibus, uidelicet Ioāne Nauarre, & Hen. infante centū principibus, 200. auratis equitibus, & 4500. militibus, nau tisque captū, Philippo Marię ultimo suæ stirpis potētī Mediolanēsi duci, Tutori suo custodien dum dederant, quē dū ille muneribus donatum, cū socijs libere dimisisset. Illi indignantī, eiectis Longobardis, Ducē hunc recusarunt. Alphon. autē año hinc 7. Ioāna, pramortui Latislai regis sorore defuncta, repetitis armis, Renato Barrensc. Ludo. Andega. fratre, è Burgundi carcere dimisso, superato, Apuliā, q̄ Francis, & Vngaris agnatis años 170. paruerat, sua ui Sylicix regno cōiunxit. Albertus ij. Frid. Austrij filius, & Sig. Impe. gener & eiusedē in regnis, Imperioque successor illustris, q̄ pacata nōdum, cōtra Socrum, atq; Polonos Boemia, Amuratē Turcā, Seruiā, Thessalonica, Epiri, & Etholia tunc occupatorē, psecuturus, dysinteria ipso in itinere succubuit, relicta cōiuge grauida. Qua Vngaria disiectēs, Vlad. Polono postea ab Amurate cesso, Boemia discors Georio Podebrachio, & Imp. Friderico iij. Ernesti Austrij filio. Stirie, Carinthiæq; duci cessit. Hic singulari sobrietate, prudentia, religione, Imperijq; diuturnitate pxime omnīū Augustum attigit, atq; solus suæ stirpis augustissima festiuitate año Imperij. sui 12. Romæ coronatus. Dū principes minus ad res imperij tractandas obsequētes haberet, domestica turbata ad uitæ studia cōuersus, domi Cæs. filium Burgun. principatu auxit, & uitā nonaginta in annos seruauit. Foris autē ut ppauca ab eo gerēda gessit, ita permulta neglexit. Enimvero año Imp. sui 8. Philippo Maria præclaro duce, nullo uirili herede relicto, demortuo, Mediolani Ducat. ad se feudi debito pertinentē, Fran. Sfortiæ gestis, q̄ genere nobiliori, Philp. D. à notha filia genero, gētis, armorūq; presidio, cōtra Imp. feudū, cōtra regis Neap. Alfō. testamētū, & cōtra Carolū Aureliā. maternā hereditatē adlegantē, fulcito, reliquit. Tū año hinc 11. Latislao Alb. Imper. Posthumo, uiridi rege suspecta morte sublato, regna hereditario iure capiēda Boemā regicidis, Georgio Podebrachio uiribus, consilioq; & Rochezane. Hussitarum Episcopi præconio pollentī. Vngariam uero, Mathiæ, Ioannis Hunniadis 18. annorum filio, è Latis. regis sui carcere Pogebrachij manu reddito, à stirpe ut inter Vngaros humili, sic à patris, atque sua subinde uirtute, uel cuius eius gentis nobilissimo regum comparando, Sed utrumque regnum, regibus illis iustis absq; hæredibus elatis, Latislao Casimiri Poloniæ regis filio, & Albert. Imperator, ex filia nepotī pacto reliquit. Anno 10. damnosum bellum, uulgo Steetkrieg, inter Imperiales ciuitates, & Albertū Brandenbur-

k 1 gensem, &

Francorum et
Anglorum
successus

Polonorum et
prutenorum
certamen.

Sfortiadū Me
diolanensium
ducatus.

Mahumeti
Turcae suc-
cessus.

Christianorū
iactura.

Asuncassani
cū Mahume-
to confictus.

Cyprus Vene-
torum facta.

Maguntinum
bellum.

Imperator ob-
fessus.

genslem, & Vlrichum Vuirtenbergensem biennio agitatū, partium egestate sedatum est. Anno Imperij eius 14. Mahumetus Othomannorum Turcarum Imperator, & Princeps ea tempestate omnium facile Maximus Amuratis filius, annos natus 26. ui tota in Christiani nominis excidium uersa, 300000. oppugnantibus, Constantino-
polim, & omne Græcorum imperium, Cōstantino Paleologo, Helena matre nato, Impera-
tore, cum uniuersa nobilitate, Sacerdotioq; crudelissime dilaniato, cū Sacris omnibus, tū
crucifixo probrosissime prophanatis, oppugnavit, anno à Constantino Magno 1144.

Muhamat igitur Constantinopoleos Imperio, summa omnium Christianorum ignomi-
nia, gloriabundus, annis quibus Imperauit 31. terra, mariq; longe, lateq; igne, ferroq; mul-
tis, magnisq; Europæ, Asiæq; gētib; captis, Imperia duo, ragna xij. & ciuitates 200. Chri-
stianis ademūt. Stephanū Mysiæ regem cum regno captum, quod patrem suū regno spoli-
asset, excoꝛauit. Venetis 16. annorū bello fatigatis, ablata eis cum aliquot insulis Euboea,
annuo 80000. Ducatorū tributo pacto, pacem dedit. Rhodo. 100. nauium classe trimestri ob-
sidione cœlesti potius, quam humana ui soluta, Italiā inuasurus, Hydrunto, Archiepisco-
pi, Ducis, atq; 12000. cæde, capto, suspitiosa morte Tyrannum exuit. Primus Turcarū Prin-
cipum Constantinopoli sepultus, successorē habuit primogenitū Paiazetem, qui rebellan-
tē fratrem Zizinū, acrem uirū magna ui in Rhodū pepulit. Hunc Rhodij Innoc. Pon. Ro.
& Alex. Pon. Carolo Francorū regi Rome donarunt. Accesserat illi Asuncassanus, à stir-
pe Othomannus ex Armeniæ regulo Persarū rex potentiss. illo, quā & si Christiani nomi-
nis hostis esset, haud minor, attamē Calix. Ro. Pon. & Venetorum donis, suauisq; uel potius
daminādī cupidīne tractus, cū illo 100000. Turcarū frange ter arma cōtulit, Tū exercitu
suo 10000. cede disturbato, tū cōmunis & generis, & religionis admonitiōe pacati, uires cō-
iungere. Quibus nisi Christus ipse restitisset, de Christiano nomine in angulū iā nū stric-
tū coacto facile desperatū fuisset. O discordes, & in præsentē usq; diē cognati sanguinis auidi
Christiani. Vbi Christi? Vbi sanctæ, religionis amor. Vbi Angusti Impij gloria Romani.
Cur Imperatorē dicitis, quē imperare nec uultis, neq; sinitis. Cur Romanū adpellatis, quē
Roma tanquam hostem excludit, nec, nisi ad alieni Principis pedes fusum, admittit, mox
auro, iureq; numerato, cum uacui nominis bulla, redexcludendum.

Año 19. Alfonso Neapolis regi successit nothus filius Ferdinandus, regnūq; pfligato Io-
anne Lotharingi Renati filio, retinuit. inani relicto Lotharingis Syculi regni titulo. Simi-
liter eodē año Sabaudienſes uacui Cypri regni nomē sunt adepti, dū Ioanē rege defuncto
Iacobus nothus eius filius in clericū, ne regno potiretur, attonſus, Sultani Dñi sui ope, id,
excluso Lud. Sabaudie D. filio, cui Carlota legitima defuncti regis filia cum regno testata
fuerat, retinuit, donec eo mortuo. Veneti per adoptatā sibi M. Corneliū filiā grauidā regi-
nā, Cyprū hereditatē suā fecerunt. Año 23. postq; R. Pon. Pius. Diotherū ab Isenberg Mo-
guntinēsem Archiepiscopū decretorū differentē, subſecto Adolfo de Nasson, deposuisset
Excitato partiū bello. Frid. Reni Pallatinus Isenbergensis partis, casis Comitibus de Hel-
fenstein, & Salm, Huldericū Vuirtenbergēsem Co. qui superiore año cū eo, p uxoris suæ do-
te, scilicet Felicis Pon. Sabaudi filia, quā primū Lud. Pallatino nupta fuerat, dimicauerat.
Carolū Badēsem Marchionē, & fratrem huius Metensē Episcopū cepit, captis, qbus tū gra-
ui numo redēptis, omnem lautitiā, sine pane & uino, is se carere, quod segetes, & uineas, p-
triuissent, dictitans, exhibuit. Interea uero pars altera Lud. Nigro Bauariæ D. & Aluico
de Sultz Co. ducibus, Maguntia clandestine captā, corrasis omniū citra electū spolijs, uas-
cuam urbē Nassouienſi suo tradidit. Anno pximo Frid. Imperator in Vinenſi arce à ciui-
bus, & Alberto fratre grauiter obſessus, Georgij Boemi regis subsidio liberatus, libera-
tori hæresis damnato, regnū adimendū, & Vngarorū regi Mathiæ tradendū, Romā uoti
causa pfectus, Pō. Paulo frustra cōsensit. Anno 25. Edoardus Eboraci dux 12. horarū 30000.
indidēq; totius pene nobilitatis cæde, dominū suū Hen. Angliæ Fraciæq; regē iterē captū
mox

mox altera Caroli Burgundi sororij sui presidij ad Calisum strage, cesso Edoar. Valie princepe. Hen. filio, Regij animi Reginam Margaritā Renati Andegavi Syciliæ regis filiam captam, neci tradidit. anno 31. Idem fratrem suum rebellem Clarentiæ D. mitigata necis sententia, in maluatici uini dolio submersum, capite multauit. Eo defuncto, nepotum cæde, Richar. illius frater, atque tum, huius cæde Henr. Richemontis Comes regnauit. En Principum Fata. Anno 38. Carolus Burgund. D. potentiss. euerlis atrociter Leodijs. Frâcis Geldrensis, & Lotharingis domitis, domiturus ad Imperatoris gratiam Eluetios, ab eis Caroli Burgundi inueniunt. dem bis è finibus eorū plus 40000. cæde pulsus, tertio apud Nantium conflictu cæsus, eodem, Francos, & generū Maximilianū Austriæ ducē, hæredes reliquit certantes. Verum Heluetij acceptis 150000. aureis nummis, uictoris gladij sui ius, Lud. Francorum regi confederato suo permittentes, utrisq; certantibus crudeliter regibus auxilia præbuere domi liberi. Tum Lotharingus Renatus atq; Geldrensis Carolus paulopost apud Tornacum cū 15000. Alemannis à Gallo occisus, sua recuperarunt. Eodem anno Galeatius i. Maria Sfortia Mediolani Dux, à nobili Ioanne Andrea Lamprogniano in ipso diui Stephani templo & sacro confossus. Ducatum uiduæ suæ illustri Bonæ genere Sabaudæ, cum hærede filio Ioanne Philippo cōmisit, anno inde tertio à Lud. Moro Barri D. Galeatij fratre Bonæ, cum filio custodia traditis, ereptum, tum post suspectam fratris, & nepotis mortem nō impune retentum. Anno 42. Muhama tunc defuncto. Mathias animo, manuq; præstans Vngarorum Rex contra Paiazetem Turcam, quē magnis cædibus è Mysia, & à Danubij sui ora pepulerat, prospere bellans, ab Imperatore Ro. laccessitus, Austriā, capta Vienna, percussit, ac de utroq; Imperatore triumphauit. Anno subinde 9. Viennæ mortuus Austriam tum facile ad Austrios redire permisit.

Fridericus Imperator Anno Imperij sui 47. consensu Principum Maximilianum filium suum Ro. nomine Regem Aquis coronauit. Tum Sueuica liga facta, omnibus Imperio subiectis pacem indixit. Anno proximo è Brugenſium carcere Cæsarem eripuit. Et Sigismundus illustris Austriæ Dux, euerſo Rouereto, Venetorum præclarum belli Ducem Seuerinatem Robertum ad Athesim graui cæde fudit, illic huius filium Anto. Mariam, Teutonem ad singulare certamen euocantem, superauit Ioannes Sonnenbergensis Comes. Anno 52. Carolus viij. Francorum rex. remissa Margarita Cæsaris impubere filia, Annam Britonum Ducem, Cæsari de mortua equi lapsu Maria Burgundiæ Duce, desponsatam, inulte raptam, connubio sibi deuinxit. Anno 53. illustrissimi coniuges Ferdinandus Aragonum Rex, & Elizabeth anno cruenti belli sexto ad deditio-nem coacto Meles Rege, diuitem Bethicæ regionis Granatam, annos circiter 800. amissam, Hispaniæ, atq; Christo magna cum gloria restituere. Mox Indæis, & horum ad finibus Marrhanis 24000. numero per edictum regno expulſis, repurgatæ religionis munere, Catholici cognomentum, gentili Regi meruere. Regum ille uel inter Christianos omnium facile fortunatiss. multis quæſitis regnum suum regnis auxit, Aphris non paucatum agnatis Aragonibus, tum Gallis utranq; Syciliam armis ademit. Idem, & Emanuel Portugalie ditiss. Rex, alterum fere Mundū preteritis sæculis increditum, nedū cognitū, Christo, sibiq; per Oceani Nauarchas suos obtinere.

Maximilianus autē felicitatis inclitus Princeps armis, consilioq; potens, Pius Dauis dis amator, à sanguine temperans, suorū carceres, & arma superauit, laborū mire patiens, Hostium uim nō tā manu, quā ingenio sæpe contudit. Dotē à Burgundo Socero relicta, à Galloꝝ ui strenue uindicauit. Austriam ab Vngaris repetijt, conditionibus adactis. Croatia Turcas eiecit. Philippū & Robertū fratres Reni Pallatinos igne, ferro, grauiq; Boemorū cede, Alberto Monaco duci sororio suo cedere cōpulit. a. n. Imperij sui 10. Venetos preſſit. Italiā ter ingressus, infido comitatu, gētis, atq; Pō. solertia Romā nō uidit. Eberhardū. Singulārī prudētia Vuirtenb. Co. Deck. Ducē altero impj sui a. n. Vornatię creauit.

k , Omnium

Caroli Burgundi inueniunt.

Heluetiorum uictoria.

Mathie Vngarie regis triumphus.

Maximilianus rex creatus, & è carcere liberatus.

Caroli Francorum regis connubia.

MAXIMILIANVS.

Eberhardus primus Vuirtenberge dux

Carolij Octa-
uij & Ludovici
ui. xij. in Ita-
lia successus.

Venetorum
bellum.

Francisci Fra-
ncorum regis
uictoria.

Eluetiorum
successus.

Hen. 8. Angli
uictoria.

Omnium uero maxime in liberis, atq; nepotibus honore, Imperioq; augendis, promouit. Eo annum primum à morte patris imperante, atq; nuptias cum Mediolanensis Galeatij filia celebrante, Carolus Francorum Rex, annum agens 24. animo quam corpore ualentior, pacata Lud. Aurelij sororij uinculis, Casarianorum cæde, ac matrimonij ui Britannia, fœderatis stipatus Eluetijs, Italia, Romaq; penetrata, fugatq; Alfon. & Ferdinando Regibus Apulix regnum Andagauensium iure suum factum, mauortibus armis, cruentaq; Venetorum, Longobardorumq; ad forum nouum strage, uani nominis triumpho, cum in uisa toti orbi peste, Neapolitani, Gallici; mali nomen sortita, in Gallia relato, Ferdinan. fugato regi relictorum presidio; dissipatione recuperandum, reliquit. Tum Carolo subitaneæ defuncto, Lud. xij. Francorum rex. Aurelij dux. anno Imperij 7. Eluetijs, anno superiore proximo, ab atroci Sueuicæ ligæ, Imperatore Duce, ignis ferricq; conflictu, uicinarum probris, uel Gallorum insidijs incitato, uictoribus pacatis, utrinq; dispari fide comitibus, Mediolani ducatu, cum Ludo. Sfortia duce, cuius fuerat captiuus, & Ascanio fratres Cardinali, auix successionis iure captis, tum Imperatore placato, altero hinc anno, Neapolim cõmuni Hispano regi uictoria, recepit. Belloc; tum inter fortios pro limitibus orto, Hispanus Ferdinan., extrusis Gallis, regnum, & Lud. ipse Gallus, extrusum Fridericum regem, ad literas felicius, quam ad arma natũ, retinere. Anno 13. Philippus Imperatoris filius, à matre Burgundix dux, & à cõiuge castelle Rex, Burgis moriẽs, illic uiscera, Granate corpus, & Bruxellis cor, condi mãdauit. Año Imp. 19. bellicq; in Venetos cruentis sime agitati quinto, potentissima iamnum confœderatione Principũ per Papã absolutis, uidelicet contra pactum Venetis, rupta. Indignabundi Pont. Galli, Bernhardino Hispano Card. scismaticæ factionis capiti fauentes, execrati, Sueuorum, Ferrariensiumq; auxilio, sed Nemorsij Ducis Mediolanensium gubernatoris, atq; 18000. militum iactura, ad Rauennã aduersus Pape Imper. Hispanor; & Venetor; copias obtenta uictoria. Mox autem triumpho per Eluetios, Gallorum neglectu, Pon. ligatos, exuti, repetita cæde Mediolanũ Maximiliano Sfortia, Lud. Mori filio relinquere sunt eo usq; compulsi. Quo, illud, Lud. Gallo defuncto, Franciscus Angulemus defuncti gener, anno regni sui primo, & Imper. 22. ad Marianam, ædita dissidentes, uictoriaq; negligentes in Eluetios, auro non minus q̃ ferro, strage ad 6000. scilicet fugaq; tãta, quanta hĩ prius haud senserant unq; capto que tũ duce, recuperatũ. Victoria nẽpe, Galli more, magis iactata atq; cãtata q̃ nobili, accepto scilicet à tanto rege, nõ minore hostibus damno. Hunc tum grata Bononiẽ obuij Pontificis gratia, atq; mox Eluetiorum empta, 700000. coronatis pace, tum & uix minoris confœderatione infauste retinuit, ab Hispanis scilicet paulo postea receptum, atq; dominatũ, per eas uero bello; intẽpestates, Eluetij haftenus unanimes, auaritiã nescij, & inuicti, discordes, uenales, & uincibiles esse cepere, gallico luxu, auroq; corrupti. Hĩ scilicet postq;, Año Imper. Max. xx. año inq; per totã Germaniã multis agitato seditiõibus, pauca manu ad Nouariã 12000. cæde p. insigni uictoria Gallos, à cõfœderato Duce suo repulissent, domesticã seditione ppter Gallorum factiones turbati, 30000. peditatu, iuncto eis à Casare Vuirtenberge duce, Burgundiam inuasuri, positiscq; ad Diuionem castris, dum cum gloria aurum terrasq; acquirere potuissent, Gallorum turpi numo, mendatioq; stolide pacati relictis sotijs, domum regressi, deinceps nil memoria dignum gessere. Interim Gallos ac Scothos adfligente cædibus, urbiumq; direptionibus, præsente Casare, Hen. Anglo. Nouem item millium cædem hoc tempore ad Vincentiã passi sunt: à Casareanis Veneti, Malacham 25000. ædium urbem, sola eius anni Christianorum gloria Mauris ademit Aesmanuel Portugalus.

Pontifica

ATQVE PRINCIPVM
PONTIFICATVS ROMA.
ni successus.

LVIII.



P Aulus ij. Venetus, Imperiosus, & arrogans, Eccle-
siasticorum præcipuæ Cardinalium pompam eti-
amnum decretis augere conatus, ad id apprime
pecuniarum undiquaq; studiosus, officia, benefici-
aque uenalia fecit. homo corporis forma adeo sibi
placens, ut, nisi eius Pon. nota disuassisset, Formosus adpellari
uoluisset. Animo uero rudis adeo, ut Academiæ Platonicae,
nec non & humanitatis artis cultores tanquam hæreticos exe-
craret. Doctos, ab antecessore præfectos, officijs, honoribus,
bonisq; spoliaret. In lecto mortuus repertus, paucorum luctu
elatus est. Xystus iij. Saonensis, doctus Franciscanorum Ma-
gister, ac monachorum omnium, præsertim mendicantium, tutor. Vrbis nouus conditor, tantæq; maiestatis, ut Christia-
nus

Sixtus quatuor-
tus Franciscanus

nos Principes haberet obsequentissimos, quos pro uoto suo aut exaltauit, aut depressit. Agnatos, præter Ecclesiæ Romanæ dignitatem, quolibet, potuit, euexit. E Turca pul-
sis, uel oppressis magnificentiam exhibuit. Indici ritus Sacerdotibus Templum condidit. Bella per fas, nephalsq; gessit. In Longobardos igitur execratos, igne ferroq; concitauit suos
os confœderatos Heluetios, Hoc æterna memoria digno diplomate uexilloq; donatos, &
illectos, quod Berne seruat, ob rei magnitudinē, raritatē & admirationē, pro tanti pasto-
ris gloria & exemplo ab agnato Iulio Pon. postea imitato, uel contra cōpendij nostri modū
hic inferere libuit, q̄ Christianis uidere clare liceat omnibus, quomodo Christiani gregis
pastor, & summus & sanctissimus Christianū gregem à sanguine Christiano omnibus mo-
dis auertendum, in Christianū sanguinem consecrare, prouocareq; possit & ausit.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs Confœderatis Alte ligæ su-
perioris Alemanniæ, Salutem & Apostolicam benedictionem. Cū in alijs rebus omnibus,
& maxime occurrētibus negotijs Apostolicæ sedis, pro quibus dilectum filiū Gentilē de
Spoleto electū Anagninensem Nuntium & oratorem nostrum ad uos misimus, summam uestrā
erga præfatam sedem deuotionem, fidem & promptitudinem cognouerimus, uos dignos
duximus, quos præcipue eiusdem sedis munere tanquam præcipuos illius defensores &
fidelissimos propugnatores decoraremus. Mittimus igitur uobis in perpetuum uestre er-
ga dictam sedem deuotionis & fidei testimonium, Vexillum unum solenni benedictione
nostra benedictum, in quo beati Petri Principis Apostolorum imago est, Cum Pontifica
li habitu, & mitra triplici, cuius manus dextra erecto digito crucem albam sustinet, sini-
stra uero tenet clauem, ipse graui & benigno aspectu fidelem populum, partim inermem,
partim armatum, deorsum aspiciens benignis uerbis sub cruce positus adhortatur. Benedi-
cti filij à Domino ob fidem uestram in sanctam sedem Apostolicā. Sub eius uero pedibus
poni fecimus nomen nostrum, ut etiam filijs & posteris uestris innotescat quanto uos amo-
re prosequuti simus, ac quam gratam habuerimus singularem uestram deuotionem & fi-
dem. Ipsum autem Vexillum rubeum est sericeum cum fimbrijs, ac pendentibus loris pa-
riter sericeis, quæ omnia sua mysteria habent. Nam idcirco fecimus, Vexillum ipsum ru-
beum fieri, ut feruorem & ardorem maximum uestre erga sedem ipsam fidei & deuotio-
nis indicaret. Imaginem uero beati Petri continet, ut sicut Petrus ipse Romanæ ecclesiæ
caput est, ita sciatis uos obsequium uestrum ipsi beato Petro & ecclesiæ Romanæ præstare
Et notum sit omaibus, uos esse sub protectione ipsius beati Petri, qui firma petra est, ad-
uersus quam nec portæ inferi, nec inimici ulli præualebunt. Crux Domini super eius de-

Donum Elue-
tius pro amo-
re sedis datū.

Monimentum
æterorum Six-
ti iij.

Quare uexil-
lum rubeum.

Quare ima-
go Petri.

k 4 xtrapo

Vexilli uirtus extra posita est, quoniam sicut eam ferens dominus noster Iesus Christus demones contrahit, & portas abyssi perfregit, ita inimici ecclesie contra quos pugnabitis a facie uestra per dictae crucis signum & uirtutem dissipabuntur & fugient. Nos uexillum ipsum bene diximus, ut sub eo militantes, benedictionem omnipotentis Dei, uobiscum semper habeatis. Ea propter (quod huic sancte sedi praefata ac uobis faustum & felix sit) leto & magno animo uexillum hoc, quod praefata sedes uobis donat accipientes, contra eiusdem sedis inimicos uirtutem uestram ostendite. Ite animis letis contra hostes ecclesie, & illam ab oppressoribus ecclesiasticae libertatis ac facientibus contra illam solita magnanimitate uestra defendite. Inferat prepotens exeratus uir uexillum hoc altissime nomine inuocato contra dictae sedis inimicos, & quemadmodum columna nubis populum Dei in deserto precedebat & dirigebat in uiam salutis & uictorie. Quicumque sub ea pro ipsa Ecclesia Romana pugnaverit, a Domino nostro Iesu Christo benedictus sit, & plenariam habeat peccatorum suorum omnium remissionem & indulgentiam, quam ex nunc & per presentes concedimus. Maledictus sit quicumque contra uos pro Ecclesia Romano praedicta pugnantes pugnabit, aut facere contra presumpserit. Vobiscum autem sit benedictio Domini perpetua, cum laude & gloria omnipotentis Dei, eiusque beate Marię uirginis in seculorum secula. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicę millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo.

Idus Martij Pontificatus nostri Anno octauo.

De Curia.

D Galletus *

Dilectis filiis confederatis Alte ligę
superioris Germanię.

*Valentini Bor
gie ducis suc
cessus.*

*Insigniores
mundi prin
cipes.*

Innocentius viij. Genuensis, pacis adeo studiosus, ut non nisi pacis gratia bellum gerendum esse uoluerit. Qua propter Venetos, dyris a Xysto ligatos, absoluit. Neapolis autem regni pensionem Ecclesie Ro. debitam, Xysto remissam, armis repetijt. Noruegijs, uino carentibus, ad calicis sacrificium aquam indulsit Xysto similis, ecclesie sue praefecturas, & copiosum nummum Venijs contra Turcas collectum, liberis, & agnatis distribuit. Simili modo, sed multo luxuriosius, atque uolentius egit Calixtus iij. ex fratre nepos Alexan. vi. curię negotiorum doctus, honorum, imperioque cupidissimus, dum, Valentis no filio, e Cardinali Duce creato, potentiores urbis Patritios, & omnes Ecclesie per Italiam regulos ei subiugandos tradidit. Quo certamine Gallorum, Eluetiorumque praesidio, cruenta admodum in utrumque sexum confecto, superbus Ille Gallica a coniuge Valentie Dux, numos aucupaturus, aconito Cardinalibus aliquot ditioribus adparato, gloriantem tanto filio patrem conspiciuit, atque subinde teli ictu indignam utriusque gloriam extinxit. In anno iubileo ab Alex. Pon. celebrato, insigniores mundi principes regnasse memorantur. In Aethyopia Indię supra Aegyptum Noad Gyan. In Aegypto, & Syria, Melech Lazeraph Sultanus. In Hyberia Bacharetus Melech. In Persis Vsan Cassanus. In Carmania Lambraibechus. Circa Euxinum, & Tauricam Cherfonessum Mahumetus Baiazetis filius. In Asia minore, Ponto, & Grecia Imperator Paiazet, Mahamet Magni filius. Circa Dromon Mahumetus Tartarorum Europe Rex. ultra, Tanaim, & Meotidem Tatis Lordon. ultra Bolgam amnem & supra Caspium fretum Nogais Tartarorum maximus. In Rhutenia Ioannes Versilij. In Prussia e Saxonie Ducibus Foedericus. In Polonia Alexander, In Vngaria & Boemia Ladislaus Alexan. Poloni frater. In Germania Maximilianus Romanorum Imperator, Austriae, Burgundieque Dux. In Anglia Henricus vij. In Gallia Ludouicus xij. In Hispania, & Sycilia Ferdinandus v. In Lusitania Emanuel. In Lybia Ma des Abz

PAPATVS ROMANI
Pontifices et anni

222. Pius iij.
dies 28.
225. Iulius iij.
9.
226. Leo x.
9.
227. Adrianus vi.
2.
228. Clemens vij.
11.
229. PAVL. iij

des Abdale. Neapoli Fridericus, Romæ Alexan. PaPa Pio iij. Pio iij. genere, patriæq; cognato, Gallis suspecto, suspecta morte obiter elato. Iulius iij. Xystina familia Saonenfis. Iulio Cef. quam Petro Apostolo similior. Imperio sese, Maximilia num uero Pontificatu præfectum esse R. P. conuenisse dictitabat. Iusti tenax. Falerni, bombardarum, auri, gemmarumq; adpetens, quibus ad cumulatis, Imperij cupidiss. Ecclesiasticæ ditionis recuperandæ, augendæq; prætextu a. n. Pon. sui 6. Bononia domita, iusto cum Imperatore iamnum in populares libertes armato, Gallorum, Hispanorum, & Anglorum Regibus fœdere, à Venetis, quicquid Ecclesiæ Ro. iuris occupauerant, dyris, & Armis extorsit. Illis tum supplicibus, & contra fœdera in gratiam receptis, anno Pon. sui 9. dyris, & armis indignantes, atq; Scismaticos Gallos Italia propulsurus Sacrosancto Pascate ad Rauennam utrinq; 30000. cæde temerato, Signa uictoribus Gallis reliquit, relicturus & Romam, parata iam fuga, nisi nuper Mathei Sedunensis Episcopi, ad arma Cardinalis creati, studio, numerosis uenijs, a. n. 40000. ducatis, diuorumq; Pe. & Pa. necessitatibus in Pon. fœdera, stipendiæq; conducti fortes Eluetij, Card. duce, Pon. auspicio Cæsaris hostio, & Venetorum subsidio, Pon. Venetos, atque totam Italiam à triumphantium Gallorum metu propere liberassent, atq; seruassent. Quibus meritis, hij, tanquam uictorum uictores, ereptis Pon. signis. Perpetuo defensionis ecclesiasticæ libertatis titulo. Ornatis diuorū imaginibus uexilis. Aureo gladio, atq; pileo à Pon. fuisse magna dignaq; cū gloria donati. Vbi in Maxima, nec minus pudenda Maximorū Christianorū discordia, qua scilicet septennio supra 200000. è fortissimi populis, fortissimorū uiroꝝ, absq; ulla tantæ iacturæ miseratione, sunt intestinis armis cōtrita. Iulio totius belli capite defuncto, è captiuis redeptus, Rauennæ præfectus successit Leo des.

Eluetiorū triumphus.

Christianorū interstina clades.

x. Florentinus, obseruando literatis genere Medices, utriusq; fortunæ, quā annorū expertior, a. n. ætatis suæ 13. ab Innoc. Cardinalis & 38. creatus Pontifex. Homo natura quietus, & mitis, ab inquietis & immitibus gubernatus, agnatos numularios, numularijs indulgentijs Dispensationibus, sacerdotijs atq; 31. uno die Cardinaliū creatione, ingenti corraso nutu, ditauit, atq; simul ad utriusq; ordinis principatus aliorum iniuria euexit. nempe Iulianum fratrem, coniuge Caroli Sabaudi sorore, Mutinæ. Et Laurentianum nepotem coniuge Bononiæ Comite Urbini Duces, ac Iulium nepotem Cardin. creauit. Quibus primis hunc meum laborem Ennij Verulani Episcopi, Apostolici ad Eluetios Legati potestate nunciij iussu adpinxeram, Mox autem renouato cum Eluetijs per nummos, & indulgentias fœdere, Christianos principes, ut aliquantisper pacauit. Anno Pon. sui 5. Nouo, neculis sæculis audito, Marthini Lutheri Augustiniani Saxonis, Christianæ doctrinæ, & ecclesiastici status, præsertim Papatus censuram acerrime urgentis certamine, pluris, quam à Turca, qui tunc in Christianos sæuiebat, uexatus, à suo Gallo, ad auersatum prius Imperatorem defectione facta, Mathæo Sadunensi Card. & Prospero Columna Ducibus, anno Pont. sui ultimo Eluetios Eluetijs, & Gallos Hispanis Mediolano, Francisco Sfortia captiui Maximiliani fratre imposto, citra sanguinem expulit. Quo nuntio, lata febre cor repressus, obiter expirauit. Huic ad Imperatoris gratiam, cui præceptor, & in Hispania gubernator

Lutheriani certamine initia.

bernatoris fuerat, suffectus est Adrianus vi. Brabatinus Senex, atq; Deo deuotus, Theologus, Qui robusta utriusq; ordinis Principum instructa, lyteris, dyris & armis atie, cum Luthero debellaturus, Vngaris interim, & Rodijs Turcæ ferro relictis, suspecta morte uictus occubuit. Qua totius penè Christiani orbis tum à bello, tum à religione perturbatio Clementis vij. Leonis x. Nothi Nepotis inuasit Pontificatum, uix ulli superiorum sæculorum & Ro. urbi, & Pon. Curie magis infelicem. Porro dum armatus Pontifex inter Cæsareanos, & Gallicanos pro Italiæ imperio dimicantes, fluctuans, uersis studijs enatare contendit, à Cæsareanis inopia irritatis, Carolo Borbonio Conestabili è Gallia profugo, præstantis animi duce Capitaneo, Roma uic capta, tū atq; licentiosis, & feris, Capitaneo scilicet sui militis sclopo in muris ascensu prostrato, Germanis, & Hispanis militibus 14. dies absq; omni locoꝝ, reꝝ, & hominū reuerentia miserabilis præda facta. Indidēq; Pōtificia Curia, regestis decretis, ac Bullis, uel mulis, uel igni substratis, in Imperialē mutata, multis adfectus probbris, cū armata Hadriani mole in Cæsaris fortuna sese dedere compulsus est anno Pontifici. sui 4. Religionē preterea multis annis prophanorum ob curam neglecta, non paucas neq; minimas Germanorum Ecclesias, Papatum uelut Antichristi regnum uerbo, sanguineq; detestatas, ammisit. Qua per Germaniam magno numero utriusq; sexus, ætatis & status homines, à concepta fide in flexiles, Lutheri nomine, diris ac uarijs suplitij sunt adflicti, adfliguntur, & nisi Dominus pacem dederit, adfligentur. Vere uere manus Domini est, Ne scilicet tot, ac tanti Christiano nomine censi, suas, uelut amentes, non solum non agnoscant adflictiones, sed etiam ipsis bestijs infelicius, nullo propitio consulto remedio, eas iritent, exacerbant, atq; multiplicent. Quis meminit Christum uerbo, & passione religionem. Augustum autem legibus & armis, imperium fundasse: nunc uero cōfundi omnia, scitiusq; scire gentium neminem, quam Christianos in Christianos, & Christum & Augustum iactantes, o Christe, o Auguste. Hinc anno Pont. sui 7. doctior, perdocta Sanctæ humilitatis spectat, Maluit Bononiæ, quam Rome suscipere Cæsarem, tum illum, illic contra maiorum morem, ab se coronatum, mox in Alemanniam, quam in Italiam, pro recuperandis Ro. maiestatis, non item Cæsareis iuribus transmittere, atq; contra Lutheranos bullis, quam Turcas nummis, armare. Inde Cæsariano, Florentinoq; triumpho decoros, Romam reuersus, paulo post non nisi luctuosa, & illic uidit, ædium nempe horrendam uoraginem, & ex Alemannia audiuit. Lutheranorum nempe inuictam fidem. Iucundiss. tamen ei, Cæsariq; fuerunt literæ. Mense Iunij è Tamixtitan Nouæ Indici Maris Hispaniæ Metropoli per Franciscanos fratres missæ, significantes, plusquam decies centena milia Indoꝝ Christo baptizata, Idolorum templa, cultumq; destrui, Christiana uero Construi, ac indies augeri. Ro. Pō. & Imper. agnosci, triumphantibus, in extremis Asiæ Magnæ oris Caroli v. Nauarchis omni seculo admirandis. In prædicta ciuitate, ab Hispanis euersa, & reparata, quotannis ultra 20000. puerorum corda dissimulari solita nunc Christo consecrari. Inuenta cum regnis ditiss. Duce Fernan. Cortesio Anno Pōt. Leo. x. ultimo. Cle. postremū ultimo sui Pō. a. nō solita sua prudentia, simulataq; humilitate Francoꝝ Regem apud Massiliam adiit, ubi adeo inter eos conuenit, ut Rex tantus, talis Pon. neptem Laur. Medices Urbini D. filiam, cum ampla Ecclesiastici Principatus dote, filio suo Aurel D. receperit uxorem. Subinde astutus, & audax lupo, ita potentissimis. Regū, populorumq; Retijs instructus, Christi oues Lutherisimi prætextu ad necem uenaturus, Mense Septembri, inaudito ueneficio, scilicet funalis fumo, cum aliquot aulae suæ Car. & familiaribus, acerbæ necis retia incidit. Hoc epithauio à Pasquillo Ro. deploratus.

Clementem eripuit nobis clementia Fati, Humanum toto gaudeat orbe genus. Ex ista tandem migravit luce Tyrannus, Quo nullus toto peior in orbe fuit.

Haud dissimili uituperationis Carmine inauguratus. Clementi nomen dedit inclementia fati, Belloꝝ hic fomes, cunctoꝝ lerna malorum. Sic omnipotentis Domini manu singula singulis respondent.

Monar.



MONARCHIAE IIII. ROMANAE GERMANICAE
norum successus.IMPERII ROMANI
Germanorum Imperato
res 67 anni.

115. CAROLVS V

p Er hos, & superiores tumultuosos annos, dum con
foederati Papa, Cæsar, Galli, Hispani & Angli ma
gnis adfectos cladibus Venetos, tū hī, & Eluetij, *Christianorū
bella.*
Gallos, eosdē simul, & Scotos, horū scilicet nume
roso cum exercitu Rege ab Angliæ Regina fuso,

Angli bello præmunt, Turcæ Dalmatas, & Vngaros. Tartar
ri, Russi, & Mosci, Lybonos, Prutenos, Lythuanos, atq; Po
lonos, intestinas ob dissensiones, Christianorum subsidio de
stitutos, infestāt crudeliter, nō tamen incruente, Basilio scilicet
Russorum duce 30000. cæde ē Lithuanā, atq; prius Bug
duno Valaacho ē Prussia à Sigis. Polonia rege profligatis.
Atq; dum Asia, & Aphrica Muhamæ legibus adstrictæ pro
Imperio inter sese cruentiss. belligerant. Ismahel Sophi regia
Persarum ē stirpe uir mirabili fama, potenti generis omneis
obnoxiorum manu, diuini prophetæ, magniq; Principis ade
ptus nomen, annos supra 20. frequentius uictor, nunc Turcā,
nunc Sultanum impetijt. Nunc autem aīo Maxim. 23. & 24.
Turcæ cædens, Cusso Lambecho Sultano certamen reliquit.
In quo is cum filio, Ducibusq; ad Alepum, tum ad Kayrum, *Sultani casus:*
utrinq; plus quam 100000. cæde, prostratus, suum omne &

*Ismaelis Sophi
successus.*

Syriæ, & Aegypti regnū triumphātī Solimo Turcæ Imperatori submisit. Soli uero Chri
stianorum, Nouarchæ Lusitanij, interea dum uicini parietes ardent, remotos ad Indiæ fi
nes decognitis, incognitisq; populis Christo, & Emanueli Regi suo trophea figunt. Hispani
ni item Aragonens Cæsariensem portum, Bugiam, & Tripolim à Mauris ad illustrem Fer
dinandum regem suum transfutere. *Lusitanorum
et Aragonum
successus.*

Carolus v. Maximilian. Imperatoris ex Philippo filio Castellæ rege, Burgun. & Aus
triæ duce, & Ferdinandi Hispaniæ & Syçiliæ Regis ex Anna filia nepos, hæres, & in reg
nis auium successor, annos natus 18. Imperio, posthabitis cum Pon. fauore Francisci Frā
ci magnificis numis, præfectus, magnæ indolis, atq; bonæ spei princeps, omnium quī Ger
manis, & Hispanis regio imperarunt nomine potentissimus, dū stabiliedis Imperij rebus,
intendit, atq; Lutherum Vuormatiensibus comitijs præsentem, nō tam suis, quā suorum
Pon. edictis alienat. A Gallis Eluetiorum præsidio nitentibus, incensore Arbergi Rober
to, ad arma, & ignes euocatus, eius anno Imperij sui iij. Sotio Romano Pontifice Leone,
& Hen. viij. literis, & armis Anglorū Rege pollētiss. Tornacum, Mediolanum, & Genuā
abripuit. Vuirtenbergen. Ducatū. Hulderico Duce, ab Eluetijs per suos à mandatis dere
licto, ab offensa Sueuorū liga expulso, suæ ditione coemit. Hīs itē Christianorū discordijs,
Venetorū cōmodo, nactus opportunitatē Turca. Lud. Vngariæ regē ferro, flammæ, Alba
capta, graues ad cōditiones Impulit, atq; tū mox, aīo scilicet Imperij 4. dū Galli graui, præ
cipue Eluetiorū cæde, Mediolano repellunt ab Hispanis. Rodum maxima uī inuasit, quā
grauī 6. mēsiū obsidione 80000. uirorū iactura, Magistro Sene Philippo. Villadamo Gallo
atq; suis Ioannitis cū fasciculis abire permissis, deditā Imperio suo restituit. tū Ioannitē Cef.
auxilio in Maltā insulā pulsus Barbaris impari sorte sedē posuere. Aīo 7. Germaniæ præfer
tim superioris Ruricolę cum aliqt oppidanis, Euangelij pretextu, iugum suum leuaturi,
cōtra nobiles, & Ecclesiasticos irritati, direptis non paucis arcibus, atq; monasterijs, à Prin
cipibus & Sueuica liga Plus 100000. cēde, cōduplicatū sub iugū acerrime sunt reuincti.
Galliciū bellū.
Rodum capta.
*Rusticorū re
bellio.*

Eodem an.

Francorū rex
captus.

Eluetiorum
motus.

Solymāni Tur
ce successus

Zypfæ rex Vn
gariæ.

Vienna Aus
triæ à Turcis
obsessa.

Anglicus su
dor.

Eodē anno Franciscus Francorū rex Papiā obsidens, ignaui repugnantibus Gallis & Eluetijs, multorum indidemq; magnorū uirorum exulū Nauarræ, & Angliæ regū 8000. itē strage, à Cesareanis acerrime dimicādo Nicolai Cō. de Salm. manu captus. Tū trāfacto in Hispania apud Casarē añō, acceptis à uictoribus conditionibus, & obsidibus duobus filijs datis, in Frāciā suā est remissus. Quo añō Imp. scilicet 8. mens. August. Turcarū Imperator Solymānus, conflictantibus Mediolani, Papa, & Imperator Ro. 200000. exercitū Vngariā inuasit, fusosq; ad Moachū 19000. cede Lud. rege Budā, & uicina opida, trucidatis absq; ullo discrimine incolis, igne ferroq; uastauit. Lud. itaq; Poloniæ stirpis rege, nullis relictis liberis, in adolescentia defuncto, Boemiæ sponte, sed non citra uim Vngariæ regna cessere illius mutuo fororio, sui generis potentissimo. Austria Duci Ferdinando. Anno Imperij 9. Eodem Poloni grauius adflctis, Tartaros, Principis filij cede, grauius retudere. Anno Imper. 11. Menſe April. Spire Ferdinando Vng. Boemiæ regi, Imperialibus in Comitijs aduersus Turcas, atq; Lutheranos Presidi, dum Alpinorum Eluetiorumq; Quinq; pag. in fœdus sponte, contra Euangelistas quesitum, concessissent. Id atq; contra se factum, inique ferentes Tigurini, atq; Bernenses Menſe Iunijs sua, conciuumq; Euangelicorum armata manu, ab armatis suis confœderatis iniurias simul, & probra extorſere. Constantiam & Argendoracum pro Euangelio, conciuces effecere. Interea uero Rotuila Eluetijs confœderata, Lutheraniſini pretextu, me prius carcere uexatum, Parochum, atq; ducens totos ciues, ui exautorauit, & ex his 80. cum uxoribus & liberis misere proſcripsit.



Anno Imperij undecimo Solymannus Magnus Othomānorū duodecimus Turcarum Amyras, & Aegypti Sultanus anno Imperij sui, Ferdinando Rege cum Ro. Imperij consilibus super Sedilium ordinibus Spyre occupato, ab Ioanne Zypsi Comite, septem castrorum Vinoda, hac nempe conditione tractus, qua sit ipse Vngariæ Dominus, & Tutor, Hic autem illius tributarius Rex. Tum ille secundo capte Bude, Astriaco presidio perdeditionē dimissa, tū per fide cesso Zypsum Vngaris Regem dictum, cum Ludouico Crito Veneti ducis notho imposuit. Hinc priusquam Spirensia decreta explicarentur, totis copijs Ferdinandum ad cōnſictum euocare cupiens, plusquam 200000. exercitū, in quina muni

tiss. castra partito, Viennam Austrie caput, principe suo uacuum, ac magnanimo magis, quam magno scilicet 16000. armatorum presidio munitam, die 26. Septembris atroci totam obsidione cinxit. Quam à perpetuo honore celebrando presidio, cuius inter multos preclaros, Philippus Reni Pallatinus. Nicolaus Sulmenſis, Guilelmus de Rogendorff, Georgius de Bucheim &c. duces extiterē, sed maxime diuina ope seruata, cū per 18. dies, assidujs, & acerrimis impetibus, subfosso scilicet, deſectocq; aliquot locis muro, frustra impugnasset. Nemine, O segnes Christiani, atq; concupierat, preterquam fame, frigoreque conflictum prebente. Die Octobris 14. obsidione noctu soluta, fugienti, quam abeuntis similior, multum uero multo maiore. Imò, O Christiani Principes, damno dato, quam accepto, scilicet agris longe, lateque uastatis, cum 50000. hominum, à misera fuga, cedeq; supeſtitum, præda recessit. At hic labor, hoc opus, ne scilicet portam tenens, immanissimus hostis ille, semel, & ab se Turcarum primo, tentatum & obtentum iter, iterum ignaua Christianorum discordia adiutus, repetat. Christianis cum omnibus, tum precipue Germanis, non ueluti hactenus stupidis, est indormiendum. Sed Christo Duce, amissa per ambitionem Germaniæ porta strenue recuperanda. Hac itaq; uice Germania à Turcico metu liberata, mox ab Anglico Sudore noua lue, nec Turca mitiore hoste, correpta, innumeram necem sustulit. Sub id tempus. Romanus Impe. Carolus, octauo, postq; e Germania in Hyſpaniam traiecerat anno, relicta cum tribus liberis Isabella Portuga-
lenſi conſ

lenſi cōiuge in Ital. claſſe feſtinauit, Immaniffimo Turcarū tyrāno occuſurus. Cū uero is au-
 dito inuiſi catholicorū Cęſaris aduentu, fugā cepiſſet. Inter P. o. Pō. & ſuā maiestatē, cōuen-
 tū eſt, Bononię cōuenirent. Itaq; Cęſar tali tātoq; exercitu quāle quantūq; nec uestitu nec
 armis ornatio- orentiorēq; ab aliq; ſæculis nō uidit Italia. Bononiā quinta die nouemb. *Bononię Pa. et*
 ingreſſus, ad diui Petronij adē Papā Cle. æditiore trono ſedentē pedes adijt, ac miris eum *Cęſ. cōuentus*
 oſculis, uerbis, & auro, prius adorauit. Qua mutua ſalutatioe feſtiue celebrata, Pontifex &
 Imp. præſentis aſi reliquū de perficiēda coronatioe, de cōſtituēda uniuerſali Chriſtianorū
 pace, deq; arcēdo Turca ſerijs aſſiduifq; cōſultationibus peregerunt. Hinc aſio Imperij 12.
 Car. Cęſar Poſtq; pacis cōditione ſolatorū aureorū 2000000. à Francoꝝ rege acceptis, ei, iā
 nū ē tota Italia pulſo, tū Neapoli, Medioloano, Ianuaq; renūciātī, obſides filios & principes
 reſtituit, atq; ſororē ſuā Heliodorā Portugalie uiduā matrimonio cōiunxit. Fraciſco Sfor-
 tię 900000. ducatis aureis exhaustū Medioloanū cōfirmauit. Venetos nō uacua gratia dona-
 uit. tū atq; totā Italiā multos per aſios bellis attritā, pacauit. A Cle. Pō. R. die Februa. 24. *Imperator co-*
 Bononię per admirabili cū pōpa, Auguſtaq; cū gloriā Romanā Romani Imp. coronā ſuſ- *ronatus.*
 cepit. Tū coronatori ſuo gratificaturus Italicū exercitum ſuū ei cōceſſit, q; rebellē patriā d-
 uitē Florētiā etiānum Cęſaris cauſa Cęſarē Romanū adpellantē, per aſium grauiter obſe-
 ſā, uel urgēte fame ſubiugauit. Vbi Cęſarianorū dux Philibertus illuſtris Aurāgię Prin-
 cept ſuę ſtīpīs ultimus in ipſa expugnatione colubri ictu fuſus, in Burgundiā maiorū ſuorū
 ſepulchro illatus, Anaxōis comitē p unicā ſororē ſuā ſui & nominis & Principatus heredē *Auguſtana*
 fecit. Hinc ex Italia pacata, diſſidentē in Alemāniā, pfectus Imp. Auguſtus, Auguſtę Vin- *Comitiæ.*
 delicorū, peracto iuxta Romanū ritum uenioſo corporis Chriſti feſto, præceptoq; tum Euā-
 geliftis nēpe Lutheranis ſilētio, cū Imp. Romani principibus, ac ſtatibus multo magnoq;
 utriuſq; ordinis numero cōgregatis, multū diuq; expectatas Comitias ingreſſus, primū ad *Lutherani dā*
 uerſus Turcā Paſionā ſuę ualſatorē, tū Pōtificibus ſatiſfacturus, & in Lutheranos, cōſilia *nati.*
 ſimul atq; ſuffragia rogauit. Vbi dū poſt quadrimeſtrē cōſultationē legitima cōcordiē de
 ſunt arma, neq; blādimētis, neq; pollicitis, neq; decretis, neq; minis cediſ. Cęſare uidelicet
 cū pōtificijs ſtrictē unito, Lutheranis aut in totum ad oīm reſtitutionē dānatis, Ideoq; mox
 ad Smalcaldenſe fœdus cōpulſis. Tū admodū diſcors imperij Germanici, & religio & resp. *Ferdinandus*
 iuſtiſ iuſti principis legibus cōponenda, pendēt inſoluciter adgrauata. Tantis itaq; Comi- *Romanorum*
 tijs penē infecte, ſed impenſa maxima ſolutis, Imperator in ſuā Flandriā graui tunc aquarū
 clade preſſam, deſcenſurus, Colonie germanū fratēr Ferdinandū Principum ſuffragio Cę- *rex creatus.*
 ſarē adpellatum, in ſequentis aſi Ianuario Aquisgrani coronauit. Aſio 13. ſub occiduīs Co-
 metæ radijs, Inſeſtino Heluetiorū bello religionis à diſcordia ſeruide moto, cū quadrigētis
 delectis cōmilitonibus, ac 16. doctis ſimilitis, uir ſingulari pietate doctrinaq; præcellēs, per
 petuoq; memorandus Huldericus Zuinglius, Tigurinorū eccleſiæ primarius Euangelij
 prædicator & antiſtes, p Euangelica libertate, p q; pijs & oppreſſis fratribus pugnaturus, a *Zuinglius*
 gnq; Heluet. animi pagis interdico cōmeatui fero uia facturis, im puſo tumultuarioq; cō- *ceſus*
 ſuctu. 11. die Octob. apud Cœnobiiū Capellæ fuſus, exultantiū hoſtiū iudicio maſtatus atq;
 cōbuſtus eſt. Qua pſertim, & altera nocturna clade, illeſis à cruore Bernēſibus duplici ue-
 xillo munitis, Euāgelici fœderis maxī. eſtimata Ciuitas haud eque paruo dedecore atq; ne-
 gocio diſſipata, planē didiciſſe potuit, Aut ppter tuēdā inuincibilis Euāgelij libertatē, nō
 carnis arma, ſed Chriſti crucē, nō egre ſed paciēter eſſe ferēdā. Aut ppter repellēdas piorū
 fratrum iniurias, nō crucis paciētia, ſed fortibus armis nō pigre, ſed alacriter utendū eſſe.
 Aſio 14. lucente ante ſolis ortum trifti cometa, Imperator Carolus, à Iunio in Auguſtum
 Ratiſbonæ celebres utriuſq; ordinis Principum comitias agens, urgente Turca, Euange- *Ratiſbona*
 licī nominis ſectę, uel indignante toto Papa, ad futuri Cōcilij cōgregationē pacis inducias *ſes Comitæ*
 Nuriſberge datas, edicto cōfirmauit. Tū facile iuxta Principū decretum, admiratum, nec
 talē in hoīm memoria uiſum, ē Germanico Imperio 50000 equm peditumq; exercitū illu- *Turcicum bel-*
 ſtriſſ. duci Frider. Pallatino Co. Cęſarie maiſtatis uice ſubiectum, obtinuit, aduerſus imā *lum.*

niss. Christiani nominis hostē Solimānū Turcā, q̄ sub initium Augusti Austriā 300000
aggere Turcico more suo oīa nō spōtina depopulādo deuastandoq; ingressus. Primo Gun
tium oppidū cū arce 13. a Viēna milliaribus distās nullo nō atroci tētato expugnationis ge
nere, p. 25. cōtinuos dies inaniter qdē obsedit sed uiribus exhaustis, unde tāti pertesus dede
coris, Castellānum sola Christi ptectiōe seruatum, ppetua laude memoriaq; dignum. Aura
tum equitē Nicolaū Iurischitz ad uenerationis osculum inuitatū, tū obsequentē laudata
eius fide atq; fortitudine oppido, libertate, muneribusq; donauit. Tū obsidiōe soluta, qd cō
flictū praeberet nemo, castra leuauit, ac si R. Imperatori instructissimo 150000. exercitu Vi
ennā petenti, cōgredi statuisset, per qnq; miliaria lōge lateq; sparsis cohortibus oīa cedib.
rapinisq; replēdo iter uersus Grēcū Stiriā uertit, honestius recessū sed caute fugā simmil
limū capiēs. Trauocq; circa diē 20. Septem. pertrāsito, tū exercitu suo recognito, cōpertum
est 100000. uiris caruisse. Nā Germanicus exercitus abeūtē per uaria & aspera loca persecu
tus, magnas multasq; caedes addidit ubiq; ac magnā captiuorū Christianorū multitudinē,
prādāq; liberauit, ubi singulārē gloriā sunt adsecuti Frid. Palatinus. Germanici exercitus
dux, Vuolphius comes de Mōteforti, Ioānes Catianus Eques auratus, & Sebastian. Schert
le Augustēsiū Capitaneus, q̄ parua manu, sed magna solertia, magna perfecerat. Multis in
hoc bello persuasū fuit, si potētiss. & inuictiss. Cēsar, posthabito unius Antho. Leue belli du
cis prastātiss. cōsilio, certā hostis fugā, incertā uictoriā praeferentis solita sua fortuna ac pa
ratissimis armis fretus in Christi nomine pugnā inijsset, et Turcas uita & Vngariā Turcis
exutā fuisse. Finito igit per Turcā discessū hoc perq; maximi terroris bello Imp. triūphās
ē salua sua Viēna, cū suis Hispanis Bononiā reuersus, hieme secretis apud Papam consilijs
peracta, Cote Sabaudiē ducissa imperatricis sorore, in Hispaniam suam lētus renauigauit.
Año 16. Sueuica liga soluta Huldrich Vuirtenberge dux, annum 15. exul, auxilio cognatū
Philippi Hassiā Principis, potētibus Austriacis nō sine cruore expulsis, patriū ducatū re
cuperauit, recuperatū mox Euāgelica doctrina imbuendū statuit. Det fructum Hiesus.

Virtenbergi
us Ducatum
recuperauit.

Roffensis
Mori obitus

Lyda Catha
baptistarum
rex.

Año 17. Angliā rex Henrī. viij. habito totius regni cōcilio, regni sui se regem, & Ecclesiā
sue se caput esse adpbauit, Ro. in totū abdicato Pōtifice, tū cōtradiētores puniēs, Episcopū
Roffenā Lutherana pugna Cardineo pileo donatū, atq; Thomā Morū Cancellariū, magni
nominis doctrināq; uiros capite multauit. Monasteriū Vuestouualie caput, nūc Catabap
tistarū noua regiaq; Hierosol. factū, una cū suo noui Hiero. nouiq; tēplī ppheta, & rege Ioā
ne de Lyda 17. reginā Holādico sartore, ab suo dño Episcopo de Vualdek exule Imperia
li subsidio, post longā atq; cruētā obsidiōē, uix captū, suā uesana, scelerataq; temeritatis
cruore suo rebaptizatū dignas exoluit poenas, Et rex ille post lōgū carcerē, una cū duobus
pro regibus, ignitis forcipibus lente ambustus, & hinc in sporta ferrea mediū ac paulo al
tius ad excelsū S. Lamperti campanile suspensus, seditiose, furiosaq; dementiā spectacu
lum dedit Catabaptistarum regno perpetuo memorandum.

Cesaris et Gal
li bellum.

Anno Imperij 18. Carolus Imp. Pasca Romā cum Ro. Papa celebrās, egit ad indicendū
uniuersale Concilium. tum, ppter Mediolanū, Sabaudiēq; Ducatus, ab armato Francoꝝ re
ge impetitos, reddita corā toto Pon. Car. Patrūq; collegio inuiti, sed iusti belli causa. Cūq;
ad parcēdum sanguini duellū obtulisset, tum en ille pius pastor respōdit, oīa sacre Maiesta
tis dicta, optima dictē esse, preter Duelli oblationē, q̄ lōge maius praeferat discrimē, quā
oim uasalloꝝ, seruitorūq; personas perdere. Se uelle neutrū esse & expectare finē, tū illi q
rationē excesserit, uires suas ostendere. Bellū igitur suscepit, cōscriptoq; mox pergrādī ex
Germanis, Italis, & Hispanis exercitu, p insubres, Quib. in demortui ducis locū, solertiss.
belli ducē An. Leuā praecepit, paulo post podagra excruciatū. Pedemōtē difficulter & anci
pitis praelijs trāsgressus, ualidā Massiliā obsidere tētauit. in Galliā hīc ascēsurus obuīā
Anaxonis Co. Picardiā grauiter infestanti, sed a pestilētiāli disenteria magno militū nume
ro, nepe plus q̄ 12000. cōsumpto, absq; ulla re praclare gesta, coactus est nō solū obsidiōē,
sed & exercitū quoq; soluere, ita ut minore forsan dāno pugnam, quā pestē subijsset. Apud
Taurinum

Taurinū ad custodiā relictos, cū pluribus alijs, ducētos Heluetios preliātes amisit. Reliqt 600. ad Sauonā secutos, à suis Dominis reuocatos, libere remisit. Rex autē Francorū, cū numis tū armis potentior 20000. Heluetiorū Sebastiano à Diesbach nobili Bernensi, atq; 6000 Teutonicorū Guilelmo Co. à Furstenberg Ducib. caro charo subsidio, Caesari nō solū se op posuit ad Auinionem castris locatis, sed & maiorē Sabaudici Ducatus partē, maternę hęreditatis titulo, Auūculo Duci uel abstulit, uel depredauit. A lesione, & quidē non leui, nō immunis, siquidē qd ei nō potuit uulnus inferre ferrū, tum morbus tum uenenū intulere atq; haud exiguū, illo nempe uel ex solis Heluetijs supra 2000. interiēre. hoc autē periit Frāciscus Delphinus Francię, Britonumq; Dux, q & ipse rex Pater occubuisse debuit, sed liberatus, ueneficū Montiscuculi Co. Lugduni per sentētiā quatuor equis quatuor in partes, ad quatuor ciuitatis portas adpēsas. Capiteq; supra Rodan. pontē suffixo discerpere iussit. Hinc tā ardēter incepto bello lōge pluribus regū mutuis cōuitijs q; strenuis factis agitato Papa Paulus Farnesie stirpis Ro. apud Massilię Niceam, ubi tres ipsi Christiani orbis Principes maximi, ornatu maximo, p id tēpus in infortunati Caroli Sabaudię ducis hospitiū cōuenerant, decessibus inducjs finē fecit aūo Pō. sui 4. Cum aūo superiori ūniuersale conciliū fidei causa Mantuā & hinc Vincentiā, dominantib. armis, & iā Romanis bullis lāguefactis, frustra indixisset. Ad initiū Gallicę cōmotiōis, sub finē Ianuarij Magnanimi Bernēs Heluetiorū potētissimi pro Gebenensiu ciuiū suorū libertate, religioneq; redimēda, atq; tuenda, cū Sabaudiā dux, antiquorū fōderę negligens, nullas pacis conditiones, sepius postulatus, uel reciperet, uel seruaret, ac eorū hostē Mussi Castellatum foueret, renūciatis ei fōderibus, indictorū bello, qd ā Gudresinio usq; ad Clusā Rodani possedit, una cū Gebenensis, atq; Lausanēsis Episcoporū ditiōibus N. obili Ioāni Frācisco Clauicula Capitaneo, armata manu, datis prefectis, & Euangelio absq; cruore subiugarunt. Quos Cēsār ā bello ad pacē, & Rex, quā & si promitteret oīa, in sui belli societate trahere nequit adeo ut nuncios urbe sua cedere, pactisq; cōtētos esse iuberēt. In hac Bernensium expeditione intra mēsis unius spaciū plures munitę arces expugnatę, atq; cōbustę sunt. Et arx illa uetus Clusa Rodani olim ā Cæs. Iulio cōtra Heluetios ædificata, quę hactenus inexpugnabilis steterat, ferro funditus est excisa. Huic uictorię bono preludio fuit, Quod paucis ante elapsis mēsis 400. ex Bernensibus, Bielenisibus, atq; Nouocastrēsisibus collectijs pedites clā cōducti Gebenēsisibus per inuia succurrere conati prope Nouesiū per inediā ē montibus in cāpū tracti, ē mille quingentis hostibus per insidias obujs, ieiuni ad defensionē cōpulsis, plus q; 400. memorabili uictoria prostrauere, ceteris ad 5000 propinquum exercitum suū fugatis, hoste ad liberum iter uictumq; prebendū coacto, mandato Bernensium nunciorū domum inuiti rediere, non x. amissis, E quibus Heluetici animi femina gēsa marito, impuberiq; filio concertans una cū filio fortiter occubuit, Qua nunc Heluetij ueteris Heluetiæ līmites, etiānum ultra Alpes Gotthiæ, Renum & Rodanum auctos, obtinent.

Frāciscus Delphinus uenena sublatu.

Bernensiu cōtra Sabaudos uictoria.

HISPANIAE GOTHOR. reges & anni, Ex Alfonso.



- 1 Athanaricus
42
- 2 Alaricus I
27

Ab anno
Christi
341.
421

HISPANIAE REGNI REGVM QVE

successus, Ex Ritio, & Alijs.

Nno ab homine cōdito 1799. ab aquarū clade 143.
Regnū Hispan. ā nono Iapeticę stirpis regē nomē habente, Tubal Iapeti filio, primo regē cōceptum, Sub xxi. Regibus, annos 982. usque ad excidiū Troię, & Gargorim Mellicolā Regē durauit.

Hinc transactis 1071. liberis sub Ducib. añis, Hanibalis Poeni, Ab anno 35. añorū Imperiū sustinuit. Hinc ab Aphrorū uictore, Ro. Sei pione capta, Romanis annos 508. paruī, nempe in Imper. Ro. Con. Cōstātin. ij. annum 3. Vbi, dū Paulo superioribus annis Ro. Im.

1 2

HISPANIAE GOTHORVM
reges & anni, Ex Alfonso.

- 3 Athaulphus
5
4 Singericus
1
5 Vallia
22
6 Theodoricus i.
13
7 Thorismundus
3
8 Theodor. ij.
14
9 Eringius i.
19
10 Alaricus ij.
21 510
11 Gensalaricus
3
12 Theodor. iij.
11
13 Amalaricus
5
14 Tendius
18
15 Tendiselinus
3
16 Agila.
5
17 Athanagildus.
14
18 Lymba.
3
19 Leonigildus.
18
20 Richaredus i.
15 605
21 Loyba.
2
22 Vitericus
7
23 Gundemiris
2
- Gothalanorū
ortus,
- Sueuorum in
Gallia deletū
regnum.

Ro. Imperium Barbari lacerare cepissent, Iamq; Vandali Bethicam, Alani, & Sueui Lusitaniam occuparēt, Gothi Athanarico rege Hunnorum iugum auersati, sed aliorum Barbarorum fortunam sequuti, Hispaniē Gothicos usq; ad Pelagiū reges dedere, Quos, ab Athanarici morte, duob. de 20. annis per Theodosium interceptos, Alarice i. Imper. Ro. dissipator, adflicta ferro, & igne Tratia, Germania, Gallia, Italia, Roma, & Apulia, restituit. eidem proinde in Basenti flumine condito, successit Athaulphus qui, direptis Romę reliquijs ductaq; tum in uxorem Honorij Imper. sorore captiua Galla Placidia, pacis odio, Barcinone a suis est occisus. Similiq; fato mox dum interisset Singericus. Vallia Gaditano suorum naufragio diminutus, accepta Agtania, redditq; tum Placidia cū Romano Principe pacem inijt. hinc cum Cæs. Constantio reliquos adgressus Barbaros, Bethicam, expulsis Vandalorum reliquijs, Gothorum potestati subiecit. Alani uero magna suorum suiq; regis a Constan. Cæs. facta cede, Gothis mixti, Gothalanos peperere. Theodoric. i. in Catalaunica strage succubuit. Thorismundo fratrum insidijs ablato, ex hijs Theodor. ij. Lusitania, Rethiarij iij. Sueuorū regis cede, subacta, suo simili dolo perijt. Eringius Tharraconē, & Cēsaraugustā regno cōiunxit, atq; Gothos scriptis legib. parere docuit. Alar. ij. Theodoric. Italij regis gener apud Pictaviū a Frācis est occisus, Almanarico infante superstitē, hūc nothus frater Gēsalaricus exclusit. hoc ꝑo excluso, Theodor. iij. auus restituit, restitutū interemerūt Frāci. Huius hinc matre Amalasuntha a Sobrio Tēdio in balneo suffocato, hic, ueluti regno indignus hystrio, suffecto Tēdesilo, a suis est interfectus. tū & is ob illatā matronis uim, in Hyspalēsi seditiōe, itē & Agila suorū gladio periere, Athanagildo defuncto, Lymba Agtanię suę ducatu cōtētus, regno fratri cessit Leonogildo, q. Hādeca viij. Sueuorum in Lusitania rege fuso, propulsis Sueuorū reliquijs, 152. annorum regnū ademit. Cēs. q; Romanis, Legionem ablatam, suo noie suā fecit. Arrianorū heresi fauēt adeo, ut eam imphantē filiū securi percussit. Richaredus i. Arrianū dogma, a patre defensū, sed a Toletana Synodo dānatū, diuī Leādri Hyspalensis Episcopi monitu, ab Hispania exterminauit Loyba, Vectericis fraude sublato, hic eadē Gōdamiris perijt arte. Tū Sissebute Gentis adensu rex creatus, in Christū uere pius, regnū ultra Herculeū fretū pertulit. Romanos bis profligauit Richaredū ij. & is Suintillā genuit. primum totius Hispaniæ monarchā. Sisecund. Suintille ij. fratri etate maiori regnum preripuit. post Tulgam a gente susceptum, Cīndas Vindus uacuā herede regiā occupauit. eamque tranquillam Recisuiundo filio reliquit, quo mortuo, Bamba, Regnum iussu gentis acceptum, ingenti Maurorum strage 270. scilicet nauium combusta classe, nobilitauit. Is inde postquam a successoris ueneno conualuit, religioni se mancipauit.

Tum

24 Sissebuta

9

25. Richaredus ij.

1

26 Suintilla i

4

27 Sifecundus

5

28 Suintilla ij

4

29 Tulga.

2

30 Cindas Vindus

10

31 Recisuindus

19

32 Bamba.

10

33 Eringius ij.

7

34 Eypza

13

35 Vitiza

9

36 Costa.

3

37 Rodericus

6

LEGIO. et Asturum reges et anni.

38 Pelagius

14

39 Fauilla

2

40 Alfon. i. Cathol.

19

41 Froilla i.

13

42 Aurelius

6

43 Sillo

8.

44 Mauregatus

3

gnū Garlæ filio dedit, Airole Mau. regis triūphatori, Quo sine liberis elato, regnū accepit huius frater Ordo. ij. Qui, dū quatuor Castellæ Co. perfide necasset, Castellā amisit, ppris deinde regibus subiectā. Hinc, huius eiectis liberis, frater Froilla ij. regnū fraude quæsitū lepre cōtagio reliqt. Alfo. iij. filio, qd is cucullo suscepto, dimisit Raymiri ij. fratri. Cūq; pe nitētia ductus, idq; repeteret, à fratre captus, oculos itē perdidit. Raymiris aut Cordubæ & Albenithaia Mauros reges 8000. cede pfligauit. Huic successit filius Ordonius iij. huic Ordonius iij. cognomēto Malus Alfo. iij. Monachi filius, qd à Sanctio i. Ordon. iij. fra

Tum Eringius ij. ille ueneficus, depulso Theofredo Recisuindi regis filio, regnū rapuit, Eypzæ genero suo relictum, qd deinde huius Vitiza tā diu retinuit, donec à Roderico, Theofredi, quē pulsum is effossis oculis, relegarat, filio, Romanorū subsidio fuerit interfectus. Hic Vitiza probrosus, atq; libidinosis rex. Sacerdotibus, q̄s edicto à Ro. Pon. obedientia subtraxit, & q̄t quisq; cōcubinas alere posset, lege cōcessit, uel potius Episcopis, & clericis, cōtra Ro. decretum, matrimonium præcepit. Rebellionis timore urbiū muros deiecit. Eo caso, casaris frater Costa ætatis iure regnum accepit, q̄ defuncto, id ad Rodericū redijt, Qui Vitizæ libidini similis, Quod lu-

Saracenis
Mauris Go-
thorum Hispa-
niæ regnum
cessit.

liani Comitis apud Mauros legatū agētis filiā stuprasset, euo- cātē illo, à Mauris, octo diez cōflictu, atq; 100000. cede, cum uniuerſa pene Gothorum nobilitate fusus, abolito iānum Gothico nomine. Regnum Bellazi, Muza Saraceni Maurorum regis filio reliquit, inedia, ferro, flāmaq; detritum, Idq; hī per años inde 20. mutua suorum 15. regum cæde uix quietum sibi fecere. Hispania igitur à Mauris Saracenis occupata, Christia-

Asturum ex
Legionis re-
gnum.

norum apud Asturā latentes reliquā, Pelagium Fauillæ Cā tabriæ Ducis filiū regē sibi crearunt. Qui diuina ope fretus, aucto indies Christianorum numero, tum 70000. Saracenorū cede Legionē urbe recepta, moriens, Asturum, Legionisq; regnum Fauillæ filio tradidit. Cui ab urso in uenatione dilan-

to, successit à sorore Alfo. i. Petri Cantabrorū Ducis filius. Pelagij gener. Qui aucto Mauroz strage regno, Arrianoq; qd repullularat, dogmate extirpato, primus Catholici cognomē ad posterōs tranſmisit. Successit huic natu senior Froilla i. Aurelij fratris sui manu sublatu. Horum sororius Sillo, excluso Froillæ filio regnauit. Quo demortuo, Mauregatus Alfon. i. nothus filius, pacto uirginum tributo, Mauroz suppetijs regnum uendicauit. Hinc Veramundus i. Alfon. i. ex Bilamario filio nepos ex diacono cōiunx, & rex factus, tum uxore in monasticā uitā sequutus, regnum cōsobrino suo cōmisit Alfon. ij. cognomine Casto. Quod cum is Mauroz, q̄rum 7000. ceciderat, spolijs ditasset, pbeq; Caroli M. Franc. regis cōsortio rexisset, ad Veramundi Monachi filiū Raymiri i. redijt. Virū ut erga bonos mitē, ita in malos ferū, q̄ retulis à Gallitiæ portu, Normāis, pfligatisq; Mauris, diuo Iacobo, quē patrōnū senſerat, Ordinē instituit. Huius deinde filius Ordo. i. pfligati Muze Maurorū regis filiū in uasallū sibi redegit. Huic successit filius Alfo. iij. cognomēto magnus, q̄ & si parū secūda fama diu rexerit, fratres tanq; uite eius insidiantes, oculis priuauit. Re-

CATALOGVS ANNORVM

45. Veramundus i. 4.
 46. Alfon. ij. Castus. 36.
 47. Raymiris i. 7.
 48. Ordonius i. 10.
 49. Alfon. iij. Mag. 46.
 50. Carfia 3.
 51. Ordonius ij. 8.
 52. Froilla. ij 2.
 53. Alfon. iij. 5.
 54. Raymir. ij. 19.
 55. Ordon iij. 6.
 56. Ordon. iij. 5.
 57. Sanctius i. 12.
 58. Raymir iij. 25.
 59. Veramund. ij. 17.
 60. Alfon. v. 31.
 61. Veramund. iij. 6.
 62. Ferdinan. i. Magn. 47.
 63. Sanctius ij 6.
 64. Anfon. vi. 43.
 65. Alfon. vij. 4.
 66. Sanctius iij. 1.
 67. Ferdinan. ij. 17.
- tre in prelío perēpto, hic, à tanta, qua uix aluū sustineret, cras-
 sitie crassus adpellatus, Castellā à Legionis feudo liberauit
 quinquēnis etatis filiū reliquit regē Raymirim iij. Sub hoc
 rege, si nostri Ritio cōsentiunt añi, Innicus ex Bigortia Comi-
 tatu uir militia clarus, à Mauroz retusione, Nauarræ regnū
 cōstituit. Sed nostris añis x̄o similis est, id ceptū esse sub Ray-
 mire ij. Cuius, autore Ritio, filius Sāctius crassus, matrē habu-
 it Garfiē Nauarrę regis, q̄ Innico patri successit, sororē. Ve-
 ramundus ij. Ordon. Mali filius adfectatū regnū, adsecutus di-
 ui Iacobi p̄sidio seruauit, Almazare scilicet Mauroz rege
 diro legionis, atq; Cōpostellę direptore, uictoreq; coelitus de-
 uicto, Legionē hinc restaurauit Veramū. filius Alfon. v. in ui
 sei oppidi oppugnatione telo examinatus. filiū habuit succes-
 sorē Veramnu. iij. Qui cōmissa cū sororio Ferdinādo i. Sāctij
 Nauarrę regis filio, perq; matrē Castellæ Comite, pugna suc-
 cubuit, tū Legionē in uictoris potestātē redacta, Is sefe Legio-
 nis, Castellæq; regē adpellauit. Mauris sepe prostratis, Colū-
 briā, & maiorē Portugalie partē ademūt. Hispaniā ab Imp. R.
 autoritate exemūt, Magni cognomen meruit Rex illustris,
 huius frater nothus Raymiris patris testamēto Aragonū rex
 est declaratus. Sanctius ij. Fer. primogenitus, erepta Mauris
 Casaraugusta, cōpulsō in cucullū rege Legionis Alfō. cēsoq;
 Galatię P̄ncipe Garfia fratribus, dū omnē paternū in se coe-
 gisset imperium, à Vellido q̄dā cōfossus, uiolentię poenas de-
 dit raro diuturnæ. Regnūq; reliquit Alfon vi. fratri, qui à To-
 leti rege, ad quē, exuto cucullo, suplex confugerat, dimissus,
 admirabili uiro Roderico Viuar, cognomine Cido, Duce ma-
 gno cōtra Mauros gessit, Toletū recuperauit. Cidum magnis
 priuilegijs, Valentiaq; donauit. Henricū Lothar. Co. à Thera-
 sia notha filia sua generū Portugalie regē creauit. E sex uxori-
 bus unicū Sanctiū habuit filiū, à Saracenis in prelío cāstū, & ē
 pellice Iordanē in Syriana profectiōe natū, & in Iordane bap-
 tizatū, unde nomē is accepit. Quappter defuncto successit ex
 Viraca filia Barcinone Co. nepos Alfon. vij. Qui, obtento cō-
 tra uitricum Aragonū regē regno, tū expugnata Corduba,
 cōciliatisq; in pacē Mauris, Hispaniæ Impator à Ro. Pō. est
 adpellatus. Successit huic filius Castellæ rex Sanct. iij. cogno-
 mine desideratus, huic ui frater legiōis rex carcere castigatus
 Ferd. ij. huic Sāct. repulsus filius Alfō. viij. cognomine bonus
 Hen. regis, & quatuor reginarū ex Elionora Anglorū regis fi-
 lia pater. Is dū primo parū feliciter dimicasset, altera pugna
 200000. cēsis, classēq; discussa Mauro. terra, mariq; uictor, mul-
 ta prius amissa recuperauit. Sub eo B. Dñicus dominicastris
 ortum dedit. Alfon. ix. Octauī gener Legionis rex, eiecto cō-
 iugis fratre Hē. Castellā occupauit, q̄ cū illo defuncto, recupe-
 rasset Hēricus i. hic ludēs, animā tegulę ictu exalauit atq; sue
 cessorē reliq; sororij Alfon. filiū Ferdin. iij. sex filioz ē Beatrí-
 ce Brabā. ducis filia patrē, & liberis & armis felicē, Is nempe
 Mauros

68. Alphon. viij. Bonus Maurose tota exterminauit Hispania, preterq; Granata, cuius regi stipendiū imperauit. Sub eo Iacobus Aragonū rex Balearis insulas Cristū docuit. Alphon. x. Fer. filius, totidēq; q̄t ille liberorū ex Violanta regis Aragonici filia pater, rex super omnes, q̄ regio nomine Hispanis imperarunt, uaria regē, & artū sapientia p̄dītus, insignia partitaz legū, Hystoria generalis, & Astronomiē uolumina cōdidit. Cōstantinop. Imperatorē & Sultani manibus suo numo redemit. Murtiā suo munere insignē ingenti ui Mauris abripuit. Portugalie regē, ob nothā filiā illi cōnubio datā, Alagarbi comitatu, a q̄ reges Alagarbi dicti, & imūnitate donauit. Suo Ro. Imperij iuri, Ro. Pon. suasu, pacis gratia, sponte renunciāuit. Inde regnū recepitur, a filio, quē p se regnare iusserat, est impeditus. Is est Sāctus iij. Qui regnū egre, uel Mauroz auxilio cōtra patruū, & fratres tutatū, nouenni filio sub matris tutela reliquit Ferdin. iij. Hic matris prudentia seruatus, innoxior ob p̄duellio nū necē, diuinū ad tribunal citatus, labente 30. dierum termino, dormiē expirauit. Etq; successit filius Alphon. xi. Qui, post quā in suos nunc sotios, nunc agnatos iniuria deseuiſſet, impetu in Mauros uerso, terra, mariq; uictor, innumeros fudit. Alię syra cepit. Gilbenaris arcē obsidēs, pestilentia, quē tūc prima castellā inuasisse fert, obiit, relictis unico legitimo, & sex illegitimis filiis, Quorū legitimus Petrus paternū regnū adeptus patre in sotios, & fratres crudelior, postq; uxore, tribusq; necatis fratribus, nothū fratrem Hen. Anglorū ex Aquitania uocato subsidio, perimere tentasset, ab eo dē, Frācorū auxilio, est interemptus. Igir Hen. ij. uictori successit filius Ioānes i. Qui cū Anglis de regni sui iure pacatus, Portugalā secundē coīugis iure capturus, ab Ioāne notho coniugis suę fratre, & cucullo ad regnū suscepto, repulſus, cū equi lapsu mortuus, successore habuit ex Aragonū regis filia 12. annoz filiū Hen. iij. regē splendidiss. Is Mariā 12. añoz filiā desponsauit Alphon. Ferdi. fratris sui, Martino materno auo demortuo, Aragnū regis, numerosa, nobiliq; pgenie feliciss. filio, Aragonū, & Sytilie regi, Tū successorē reliquit incunis regē Ioā. ij. ab Anglice gentis matre, patruoq; focero seruātū, q̄ senescens ascīuit regno filiū Hen. iij. Cui post aliquod insignes de Mauris triumphos, successit, excluso supposititia filia Portugalie regina, ab Eliza^{Granata reg num.} beth sorore prudentissima, prudentiss. Ferdinan. v. Ioānis Aragonū regis filius. Hic cōmuni cōiugis auspicio, Granatę regno capto, omnē Mauroz in Hispania dominatū ānos circiter 800. occupatū, extinxit, omnēq; totius Hispaniē preterq; Portugalie Imperiū, Baleariū Sardinia, & utriusq; Sytilie regna suā subiugauit potestati, quā itē nouę inuentionis terris, & Insulis auxit, regū suā tēpestare oīm facile clariss. Idēq; feliciss. cēseri potuisset, Si cui Margaritā Maxim. Imp. filiā & Austria, Burgūdięq; ducis generi sui sororē cōiunxerat, si Iiū, glorię, potētiaq; suę haredē superstitē habuisset, Eodē yō, atq; mox genero Philippo a foeru Castelle rege sublatis, uniuerſa tantū regis, Patris, & aui paterni fortuna nepoti cessit Carolo eius nominis in Hispania regno primo, & in Ro. Imperio quinto. Sic Hispania, & utraq; Sytilia faustissimā Germanicę nationis austria Ducum in Domum peruenere.

CATALOGVS ANNORVM
GALLIAE FRANCIAEQVE REGNI RE-
gumq; successus, ex uarijs autoribus.

FRANCORVM REGES
et anni ex, Tritemio.



1. Faramundus,
7.
2. Clodius,
20.

Franciae du-
catu mutatio

MEROVINGORVM
REGES.

3. Meroueus,
12.
4. Hildericus i.
26.
5. Clodoueus i.
30.
6. Lotharius i.
50.
7. Hilpericus i.
22.
8. Lothar. ij.
22.

Nno ab homine condito 1799. ab aquarum clade
143. Regnum Galliae à decimo Iapeticae stirpis re-
ge nomen sortite, Samothe Ditelapeti Prisci filio
rege primo, ceptum, unde uiginti sub regibus an-
nos 982. usq; ad Troie destructionē durauit. Hinc
ab euersa Troia per annos 1131. usq; ad Iulij Cæs. dictaturam,
Qua Gallia superata, Romanorum & Imperio, & linguæ pa-
ruit annis 465. Vbi Franci, Troiana proles. Qui sub annum
Darii Longimanni 32. à Troia diruta 727. Ante Christum.
440. à Gothis pulsī, relictis Meoticis finibus, inter Saxones ad
Renum usq; 42. sub regibus retento regno cōsederant, Teu-
tonum lingua, moribusq; indigenæ facti, Annum circiter
Theodox. iunioris octauum, post multos conflictus, Vandas
lis atq; Romanis superiores capto Senonum Gallorum agro,
Regem imposuere Faramundum Marcomiri Teutofrancorū
Ducis filium. Siquidem, rege Marcomiro à Valentinia
no Imp. caeso, Francis desierant reges. Is itaq; reparaturus re-
gnum, feram gentem, præscriptas Salicas ad leges composuit,
urbes, urbiumq; muros restaurauit. Regnum Clodio filio re-
liquit. Sed Teutofrancorum Ducatum Marcomiro fratri de-
dit, In cuius progenie usq; in ultimum Theodorici ij. Fran. re-
gis annum mansit. Vbi Heleno Duce sine liberis demortuo,
ducatus Pipino Franci generis Brabantiae duci, Francorūq;
512. regni Pallatino cessit, quem, ille rex factus, Herbipolensi Ec-
clesiae donauit Episcopo Burchardo. Clodius autē, Quod tō-
stra captiuos Gallos seruitutis notaret, Intonfos Francos, at-
liberos haberet, capillati cognomen obtinuit. Thuringorum
regem tributis adexit, Regnumq; ad Ligerim tetendit. Sine
liberis elatus, regnum consanguineo Meroueo dimisit. Qui
Catalunica pugnae superstes, regium stemma suo nomine Me-
630. rovingorū ad Pipinum regem propagauit, eoq; rege Gallia
incolere, Galliceq; loqui cepere Frāci. Hinc huius filius Hil-
dericus i. à Bissino Thuringorum rege, ad quem, ob stupra di-

missa regno, confugerat, reuocatus, hospitij laeso iure, secutam se reginam retinuit. Aureli-
anos, & Andegauios subegit. Omnes præterea Reni ciuitates à Colonia Constantiam usq;
Lepōrios, Valesiensēs, & Heluetios, profligatis Saxonibus, Sueuis atq; Romanis, suis præ-
fectis tributa pendere coegit. Clodoueus i. auctum à patre Hild. regnum, exterminatis to-
ta Gallia Romanorum reliquijs, Gundebaldo Burgundorum rege, qui fratricidio reg-
num uendicarat, ultionem parentum, regnumq; paternum exigente, Francorum Regina
Gothilde, tributis adacto, cesoq; Gothorum rege Alarico, ad pristinos Galliae terminos re-
duxit. Hinc Gothildis coniugis suæ, ancipitisq; contro Sueuos uictoriae, monitis. Beato
Remigio Remorum Antistite Doctore, atq; baptista, cum 30000 Francorum primus ipse
suæ stirpis regum, Christo initiatus, oleum, quod deinceps reges sacrantur, lilia & a urisflā-
mā, militiæ signa (ut aiunt) coelitus accepit. Eo autem defuncto, quatuor illius filij, regno
diuiso Hildebertus Parisiorū, Lotharius suessionū, Theodoricus Metēsiū, & Clodomirus

Aureliae

FRANCORVM MERO-
vingorum reges & anni,
ex Tritemio.



9. Dagobertus i.
12.
10. Clodoue. ij.
17.
11. Lothar. iij.
2.
12. Theodoricus i.
1.
13. Hildericus i.
12.
Theodo. i.
12.
12. Clodoue. iij.
2.
15. Hildebertus
18.
16. Dagober. ij
5.
17. Lothar. iij. &
Hilpericus sacerdos
7.
18. Theodor. ij.
15.
- 19 Hildericus iij
9.

Aurelianēsiū, Reges sunt adpellati, Clodomiro tū matris ius
su bellante; à Burgundis, quorū Regem Sigismundum captū *Burgundia*
cum liberis necauerat, interempto, nec non eius filijs impie à *Francorum*
fratribus trucidatis. Gundemaro rege profligato, Burgundia *facta*.
Francis accessit. Theodorico item, qui Thuringiā per frau-
dem occiso cum liberis Ermenfrido rege, capte, regium abo-
leuit nomen, demortuo. Hinc & Hildeberto, qui caeso sororio
Almarico Gothorum rege, depopulatoq; cum confinijs To-
leto, sororem repetierat. Caesar Augustam, fugato ex Aquita-
nia Gothico Duce Athalarico, obsessam, acceptis diui Leui-
tæ Vincentij reliquijs, inexpugnatam dimiserat, anno regni
sui 45. humanis exempto, redunitum regnum Lothario i. mā
sit, libidinoso regi, sed castissime Radegundis marito, is Saxo-
nibus tributum uictis indixit. Britanniā, interfecto Cono-
bro Duce Grani rebellis tutore, cepit, captumq; simul Gra-
num filium, cum liberis & uxore igni dedit. Regnum itē qua-
tuor filijs reliquit, regibus, ē quibus Hilpericus i. Sueffionū
rex, non ineruditus quidem, sed & in Deum & in homines im-
pius Fredegundæ homicidæ pellicis, quam, strangulata Gal-
fonda cōiuge, coniugem fecerat, fraude necatus, Lotharium
ij. ex Fredegun. filium præstantem dedit regni sui successorē.
Qui matris Astu, cædibusq; seruatus, decē agnatis superstes
regibus, integratum adeptus regnū, Brunhildim, Athanagil-
dis Gothici regis filiam. Galfondę sororē, & patruī Sigisberti
Metensium regis Fredegon. dolo necati, coniugē, tot regum
necis ream, seuerè puniuit, anno regni 31. solus rex Garneri-
um, cuius opera Brunhilde capta, regnum pacauerat, Palla-
tio Co. Harponem Burgundiæ, Co. Radonem Austrasię. Ge-
nebaldum Franconem, Francofurt ad Menum conditorem,
Moguntia, Vuormatia, Spyræ &c. Pipinum Naumortij Co
Brabantie Ducatu donatum, Picardiæ & Flandriæ, præfecit.
atq; Sigisbertum, propatruelis sui Theodeberti Metensium
Regis, eius scilicet, cuius 30000. strage profligati caput, à Co-
loniensibus exegerat, illius frater Burgundiæ Rex Theodo-
ricus ab auia Brunhilde necatus, filium Basiliensibus, Constā-
tensibus, Curienfibus, Sedunis, Lausanensibus, & interclusis
populis regem dedit. hinc, isto cum Longobardis fœdere,
12000. aureorum numorum tributum eis relaxauit. Saxonib;
bus uero crudeli strage deuictis, 500. boū tributum impera-
uit. Dagobertum i. filium Austrasiæ regem non omnino au-
dientem, habuit successorem. Is tributum Saxonibus remissū
profligatis imposuit Sclauis, à quorū infestatione, Nidicahil-
lim Britonum Ducem dum liberasset, Duce sponte sua dedē-
te, Britanniā est adeptus, admirabilis uite rex ille, inter ini-
qua libidinis, sanguinis, sacrilegijq; crimina, ob in diuos diuo-
rumq; sacerdotes magnificentiam, uel argenteo Parysiorum
Dionysio, & magno Argentinorum Petro testibus, diuis ad
numeratus, ignauos successores reliquit. Qui scilicet, Permis-
sis om̃s

Sigisbertus
Heluetiorum
Rex.

Britannia Frā
corum facta.

lis omnibus regni munijs Pallatij præfectis, inerti otio spectaculoq; contenti, regium nil præter nomen gesserunt. Clodoueus ij. alter Dagoberti filius, uiuo patre, Burgundia rex Austrasiam regente Sigisberto fratre, id unum pietatis opus egit memoria dignum, Quod, fame perituris, argenteis S. Dionysij cõflatis tegulis, auxilia tulit. Alioqui nulla laude uir, è laudata Bathilde Saxonicæ generis coniuge tres regno reges edidit, se, uel ignauiores, uel sæuiores. Tyrannidem exercentibus interim Pallatinis. Lothario iij. igitur post otio sum patrem, otiose defuncto, Theodoricus i. secundus frater ob ignauiam, cum Ebroino Tyrannico Pallatino, ad monachos ablegatus, Hilderico ij. fratri tertio locum dedit, Quē dum is iniqua seueritate grauaret, à suis, grauida cum uxore in uenatione peremptus, eundem fratri à Monachis reuocato, restitui fecit. Isq; tandem admissio in Pallatium uicore, suo Pipino cognomine Grosso, Beata Ithæ marito, beataq; Gertrudis patre, Brabantia Duce, & Austrasie pallatino, è quo Reni, Bauarieq; Pallatini capere, duos regno filios reliquit Clodoueam iij. & Hildebertum, & hic Dagobert. ij. & Lothar. iij. huic ob socordia proceres miscuerunt Hilpericum, raso è Daniele sacerdote capillatum regem creatum, Quibus ignobiliter de mortuis, Caroli à bellorum fortuna cognomine Marrelli Pipini ex Alpiade concubina filij, Francorum Pallatium armis iam adepti, consensu succedere Theodor. ij. Dagobert. ij. filius inter Nonnas educatus, tum huic patri similis Hildericus iij. & Merouingorum Regum ultimus, Huius sub initia regni, cedēs ex humanis Martellus Francorum regni restaurator. Saxonum, Bauarorum, Boemorum, Bagarorum, Sueuorum, Burgundorum, Aquitanorum, Vasconum, Frisonum, Gothorum, & Saracenorum dominator. filijs Carolomanno uidelicet, Austrasiam, Thuringiam, & Alemanniam. Pipino cognomine Pusillo, cum auita ditione Francia Pallatinatum testamento tradidit. In hunc uero, dum per Carolomanni fratris Monachatum, totius Francorum regni summa, esset redacta, Franci tanti Principis tum uirtute, tum potentia moti, proscripto in cucullū inuili Hilderico, regium Pipino fastigium obtulere. Idq; is Zacharia Ro. Pon. autoritate susceptū, regie maiestatis forma restituta, strenue gessit, seruauit & auxit. Bauaros spōte se dedentes in fidem accepit. Saxones Francorum ofores, uictos, annuo 300. equorū tributo multauit. Aquitanos grauiter afflixit. A. Stephano Ro. Pon. Cuius gratia, Aistulpho Longobardorum Rege Romanorum oppressore Domino, Ro. Pontificem Urbis, & Italiae Principem fecit. Ita benedictus est, ut execrationis obeant sententiā omnes, qui temere cōtra Francos arma sumunt. Præclarus ille Carolingorum regum stirpis pater, Præclaros genuit reges, Carolomannum Sueffione, & Carolum Vornatiae coronatos, proxime uero defuncto illo, huic omne regni ius accessit.

Carolus igitur toto Francorū regno potitus, id ita rex it, & multarū gentiū triumphis ita auxit, ut à rerum gestarum magnitudine Magni cognomen obtinuerit. Francorum regum sane Maximus, uniuerfas intra Danubium, Vistulam, Renum atq; confinem Oceanum gentes Barbaras edomuit, & Christo multas, præcipue Saxones 30. annorum bello uix pacatos, audientes effecit. Desiderij regis aptiuitate, Longobardorū regno deleto, Romani Papatus firmavit Imperium. Qua Ro. nominis Imperator, & Christianissimus est adpellatus. Tū determinato à Græcis Imperio, Pipinū filiū Italiae Regem dedit, dimissis in libertate Pon. subiectis, Beneuentanis & Venetis. Hinc ætate grauis Pipino & Carolo regibus è Nobili Hildegardæ Sueuæ natis, præmortuis, Relicta Bernardo Pipini filio Italia Ludouicum Aquitanie Regem, ex eadē Sueua genitum, Imperio regnoq; præfecit. Qui Patre, in quos magnificentissimus fuerat, Diuis adscripto, regnans & Imperans pietatem adeo coluit, ut nulla unquam, uel impiissima filiorum impietate à pietate semoueri potuerit, iure pius adpellatus. Impium filium reliquit Imperatorem & Regem Lotharium v. Qui cruentissima cæde partita cum Lud. & Carol. fratribus hæreditate, Ipse cum Imperij nomine Italiam, Burgundiam, & Austrasiam, tum ex hac segregatam suo nomine Lotharingiam

Pipinus Austrasie Francieq; Pallatinus.

Metelli testamentum.

Pipinus rex.

Ro. Pon. Ro. me & Italiae princeps factus.

Longobardorum regnum deletum.

Francorum Imperij diuisio.

FRANCORVM CARO-
lingorum reges & anni

10. Pipinus pusillus. 18. tharingiam sortitus, Lud. Germaniæ, & Carolo cognomine Caluo Franciæ regnis excessit. Hic tum ambitiosus rex, nunc aduersus regni sui hostes Normannos, & Danos, nunc aduersus agnatos reges uaria sorte dimicauit, Austrasiæ portionem recuperauit. Balduinum Syluestris Flandriæ Forestarium, *Primi Fladrie & Hollandiæ Comites.*
11. Carolus i. Magnus 26. 812. ptē ludith filiæ cōiugiū honestaturus, Comitem dixit, eius nominis & gentis primum. Dixit item Hollandiæ comitem Theodoricum. Subinde Imperium adeptus, Bosonem uxoris suæ fratrem Arelatenlis prouintie regem creauit. Vltimo contra Saracenos Romā profectus, in regressu Mantuæ Iudei Pharmacos succubuit. Imperio, regnoq; relicto filio Lud. cognomine Balbo. Tum & is Principatu non dū firmato, cōiugeq; Car. simplice grauida, demortuus, ē nobili pellice regno reliquit Lud. & Carolonū. reges. Hi regno Normānorum cæde pacato, Lud. prius morbo, tum posterius apri morsu Carlonus exanimati. hic successorem genuit nil facientē Lud. Noñe, quā deperierat maritum. Interim strenue retudente Normānos Hugo Abbas.
12. Lud. iij 26. gone Monasticorum cēsum Abbate. Dumq; nil faciens ille, faceret nil, eo repudiato, Frāci Carolum cognomine Grossum, Germaniæ regē & Imp. susceperunt. Quo item male feriatū pbro deposito, Ottonem Roberti Andegauici Comitis filium atq; fortis Vuitrichindi ē Saxonia profugū nepotē, regiā non ā stirpe, sed ā uirtute Imperatoris Arnolphi cōsensu Francorum diademate coronarunt, Quod is Teutofrancorum dux 100000. Danorum cede meruerat. Aurelij Parisiq; comitatib. ab Hugonis Abbatis morte, ā Car. Grosso donatus, tutelā subinde regni, regisq; pupilli susceptā, fideliter gessit. Fratres Richardū Burgundiæ, & Robertum Aquitaniæ præfecit. Hinc moriēs Simplicii pupillo suo Carolo Balbi filio, regnum reddi iussit. Id tum adsequutus ille, dum ferā Nortmannorum Gothicā stirpis gētē, quæ Galliā años 40. grauiter adflixerat, armis cohercere nequiuit, data Rollani, Roberti nomine Christo baptizato Duci, Gilla filia, dotisq; iure Neustria, deinceps agente Nortmannia uocitata, pacauit. Dumq; rebellem in pugna fudisset Aquitanum Robertum, ab huius adfini Herberto Viromandorum Comite gratulanter inuitatus, impie tum carceri tum neci datus est. Quāobrem Franci tanq; rege destituti, Patre, filioq; posthabitis Rodolpho, Richardi Burgun. D. filio Burgū. & Italiæ regi Sueffione coronā imposuerunt. Quo, & Carolo regno defunctis, Lud. Profugus simplicis filius, præcipuo Hugonis Magni presidio, ex Angliā, inquā cum matre ad auunculum Elstanum regem, capto patre profugerat, reuocatus, Carlingorum stirpē restituit, Rex parum fidus, parumq; fortunatus, ictō cum Hen. Imper. fœdere, exactaq; laqueo patris ab Herberto uindicta, Nortmanniā, tentata Ducum extinctione, recuperaturus, ab Aygroto Danorum rege captus tum uxoris opera liberatus, Lotharingiæ dono, in auxilium euocato Gerberge suæ fratre Otthone Imp. resumptum bellū cruenta fuga finiuit. relicto Car. Brabantia Duce, & Lothario rege, Qui ā Richardo Nortmannorum Duce ad pacem actus, pro Lotharingia contra cognatum Otthonem iij. Imp. maiore damno, quam lu-

*Normānorum
in Francia Du-
catus.*

*Aygroto Da-
norum rex.*

CATALOGVS ANNORVM

FRANCORVM HVGO nis, reges & anni.		
Francorum regni mutatio.	37	Hugo Capetus
	9.	
	38.	Robertus
	32	1030
	39	Henricus
	30.	
	20.	Philippus i
	26	1106.
	21.	Ludou vij. Gross.
	31.	
Burgundia diuisa.	22.	Lud. viij. iunior
	23.	
	23.	Philip. ij. Augu.
	23.	1223.
	22.	Lud. ix.
	2.	
	25.	Lud. x. Diuus
	23.	
Hen. i. Anglie rex, & Nortmannie Dux.	26.	Philip. iij.
	15.	
	27.	Philip. iij. Pulcher
	28	1313.
	28.	Lud. xi. Vtinus.
	1.	
	29.	Ioannes i.
	dies 8.	
	30.	Philip. v. Longus
	7.	
	31.	Carol. vi. Pulcher
	6.	
Anglia capta		FRANCORVM VALOIS reges & anni,
	32.	Philip. vi. Valesius
	23.	
	33.	Ioannes ij
	12.	
	32.	Carol. vij Sapiens
	16.	.cv.
	35	Car. viij. Bñamatus
	22.	.yi. 1222.

quam lucro dimicauit. Eo uero, atq; mox Lud. filio nō sine ueneni suspitione sublati, Carolum Brabantiae D. nepotis à fratre regnum postulantē. Hugo cognomine Capetus. Parrysiarum Comes. Hen. Imp. ex filia nepos Otthonis Fran. regis ex Roberto fratre, p. nepos, & Hugonis Magni filius, duorū regū Navarrae scilicet, & Angliae gener, ingenio, uiribusq; praestans Carlingorum ignauia, auicq; caedē ulciscens, carceri mancipauit, arreptoq; tum Francorum diademate, id magna ui suā in progeniē transtulit. Año à Pipino rege 239. successit huic Robertus, ex Eduardi Angliae regis filia, filius eruditus, iuxtaq; pius. Qui, ueluti Numa, religionis cultu, morumq; probitate paternā asperitatē, uimq; tēperauit. Burgundia ei ab Hē. duce testatā, Roberto filio tradidit, & regnū Henrico reliquit. Cui deinde à fratris obitu adcessit Burgundia, nec integra. Si quidem pars eius, Visuntina scilicet, ad Conradum Imp. defecit. postq; años 130. paruerat Francis, reliquā Roberto filio subdidit ille. Biturigum itē ducatum ab Hirpino duce Hierosolymorum expeditionis Comite, emptum, regno cōiunxit. Idq; uiuens Philippo filio, ex Anna Georgij Russionum regis filio genito destinauit. Hic autē digamie à Ro. Pō. execratus, resipiscens, Regnum Lud. filio cognomine Grosso regendum cōmisit. Quo is, uiuēte patre, fideliter administrato, illud ipsum eo defuncto, strenue cōtra Hen. Angliae regē, Normānie ducē, Franco subesse dedignatum, cōtraq; Hen. Imp. huius generum Ro. Pō. tutelae indignatum, seruauit. Ascitoq; filio Lud. iuniore dicto, mādauit regnum ab se grauiter administratum dum pauperes Dei seruos, uiduas, & orphanos pro uiribus tueri conaretur. Hic in Syriā, diui Bernardi suasu, cum Cō. Imp. profectus, ac tum non sine dedecore, dānoq; reuersus uxorem Elionorā Pictaui Co. filiā, magno regni detrimento, repudiavit, ab Hen. Andegauo mox Anglorum rege ductā, Et tertia cōiuge qd uotis, & obsecratione regni haredē genuisset Philippum, Is Adeodati, qd id regnum auxisset, Augusti cognomēta sortitus est. Rex sane magnanimus, laborum patiens, & impacabilis, nil Imp. nil Pon. moratus Ro. impacabili bello Angliae reges Hen. patrem, & huius filios praecipue Richardum Leoninum cor adpellatum, suum malefidum Syrianae pfectionis Comitem, atq; sine terra Ioannem, horum item superbū ex sorore nepotem Imp. Otthon. insigni cōflictu profligauit. Imperiales Aquilas, regiosq; leones, tum & Angliā ipsam per Lud. filium cepit 15000. argenti marchis Hen. Ioānis filio restitutam. Ob digamiā, quā propter Ingeburgam Caini Dalmatarum regis, & Mariā Boemorum ducis filias incidit, ab Inocen. Ro. Pon. quanq; eum adpellasset, execratus, paulo clementius in episcopos, atq; sacerdotes, q; in iudaeos regno pscriptos, sauiuit. Anglicanos tamen episcopos, & sacerdotes, ab execrato rege Ioāne, uendicatis illorum censibus expulsos reuerenter habuit, atq; restituit. Hierosolymorū regē Ioānem de Bregna

FRANCORVM VALOIS
reges et anni.

56. Carolus ix. vij.

38

57. Lud. xij. xi.

23.

58. Carolus x. viij

12.

59. Lud. xij. xij.

17.

60. Franciscus.

Numerant Galli Carolos duntaxat octo, et Lud. duodecim, quos e numero tollendos censeant, ignoro, nisi e Carolis inertem, et Loth. s. fratrem, eiusdemq; filium e Ludouico ejciant.

de Bregna Parisiensibus mundorum libris 300000. Hospitale 100000. & egenos 20000. in testamēto donauit. Ex Isabella Balduini Hañonix Co. filia in Carol. Magnum genus referente, reliquit Lud. Auinionis, Albigeſiorumq; exitio, uel maxime e Castiliana Blanca liberis præſertim Carolo Andegauo Syci-
lia rege, Succelloreq; memorandum, nempe xij. annor. Lud. Qui matris prudentia rebellibus domitis, in Syriā profectus captam proſe capto Saracenſis Damiatam reddidit. Altera de inde in Aphricam expeditiōe Carthagine 10000. Saracenor. cæde capta, Tunes proſtigato rege, præmens, dysinteria op. pressus, diuorum Christi numerum auxit Rex Christo, pauperibusq; deuotiſſ. Philippum filium habuit ſucceſſorē. Qui caſo petro Aragonum rege Sycliaq; occupatore, captaq; Gerunda, incautus uictor, fugiendo febris ſuccubuit, relictis ex Aragonenſi Isabella, Valeſio Carolo, & Philippo rege cogno mine quidem pulchro, ſed nuribus, exactionibus, atq; moneſta deformi, grauibus ſimul atq; cruentis, potenti fratris auxilio contra Edoar. Angliæ regem, & Guidonem Flandriæ Co-

Carolus Syclia rex.

mitem bellis agitato. Sed & illi non leue cum Bonifacio Pon. Ro. certamen fuit, ab eodem ſcilicet priuilegijs donatus, atq; rursus omnibus, & regno interdicitus, interdixit ille uiciſſim auro, argēto, mercibusq; Romanis, a Benedicte Pon. recōciliatus, moriens, cōteſtatus eſt filios Car. Marchiæ Co. Philip. Piſtaui, atq; Lud. Hutinū Nauarra regē, mutuam in ſe ſe charitatē ſeruent. Rex animē miſertus, multa perperā acta emendet. Deoq; pro delictis ſatiſfaciat. Hutinofubinde Lud. & Ioanne filio viij. dierū rege, in Flandrenſi rebellione, famis, atq; peſtis adſtictione. Philippo Lon. itē & Carolo paterno cognomine Pulchro, fratribus, maſcula ſine prole ſublatis, regnum Philippo, Caroli Valeſij Principis illuſtriſſ. filio, deſunctis regibus uirili aſtipe propinquiori. cōtra Edoardū Angliæ regē Philip. Pulchri ex filia nepotē, primor. regni, Salicæq; legis definitione ceſſit. Qua poſtq; is. linei gal li ludibriū, Flamingis circiter 20000. ſtrage penſauit. Aduerſus Edoardū a Flamingis regē adpellatū, bello ſuſcepto, 400. nauū claſſem apud Sculaſam, hinc ad Cretiacum 30000. cede paſſus, Ioannē Boemię, & Maioricæ reges, Carolū Alenconium fratē. Lotharingiæ ducem. Flandriæ Comitem cū multis alijs Comitibus, Baronibus, atq; nobilibus. Califiū itē non paruo Francorū incōmodo perdidit. Tum in Angliā ducendum exercitū cōgregans, hominē exiit. Borbonios duces dixit. & Vienenſem Imperialis iuris Delphinatū, ab Vmberto Sobrino ſuo, Dominicanocucullo deuoto, emptū, regū ſucceſſoribus attribuit. Succeſſit ei filius Normanię Dux. Ioānes. Qui año regni ſui 6. reſutata ferociter pace, in Piſta uis pugna data, 1700. amiſſis, cū totidē, & Phillip. filio captus, a uictore Richardo Valiæ Principe ad Edoar. patrē, in Angliam eſt abductus, Pariſianis interim, Beluacisq; cruenta ſeditione, atq; Carolo Normaniæ duce captiui patris uices gerente cū Nauarro rege diſſentione grauiter laborantibus, quibus ſedatis, dum oblatas redimendū regis conditiones tanq; iniquas abnegaffent Franci eas, aut regnū extorſurus Angliæ rex Edoar, ingenti exercitu, cui 6000. carrorum ſeruiebant, Pariſium regni caput adortus fruſtra, in pacem conuenit. Qua Francus rex anno carceris ſui 4. aliquot dominijs renuntiatis, atq; 1300000. aureis numis ſoluendis pactis, datisq; duobus filijs cum alijs magni nominis uiris obſidibus, redemptus, mox a fratris morte Burgun. Ducatum conſequutus, anno hinc quarto, obſides redempturus, Lundoniū uita relicta, mortuus, regiſ Francorum maſoleis eſt illatus. Superſtitibus quatuor filijs, quatuor præcipuorum Franciæ Ducatuū ducibus nempe, Carolo Nortmañiæ, & Aurelij. Lud. Andegauiz, cui Neapolis regnum inſolēciter adceſſit.

Eduardi Angli uictoria.

Ioannis regis redemptio.

Ioanne

Ioanne Biturigum, & Aluernig. Philippo Burgundia, & à Lud. Socrer sui morte Flandrig Atq; Brabantia. Carolus autem rex pacis, belliq; studijs clarus, fratrum auxilio regnum tanta prudentia rexit, ut sapientis cognomē obtinuerit. Imperialem Arelati prouinciā Caroli Imp. materni aui sui dono receptam, cognatos in Andegauos Neapol. reges transtulit. Preter Castellaneos, & Anglos, arduū illi negocium fecit. Ioānes de Monteforti. Qui cēso in pugna sobrino suo Blesensi Carolo in diuos postea relato, Britonum ducatum sibi uendit, Anglorū subsidio tuebatur. Quo in turbine defunctus, impuberē sub fratrum tutela reliquit regē Carolum beneamatū, atq; Lud. Aurelij ducē. Tum rege cōtra patris legē ante legitimā etatē coronato, tutorum simulas, ciuium seditiones, Principum rebellio, & Anglici hostes, regnum penē cōtriuere. Rex porro Lud. Comite plus 40000. Flāmingorū cēde restituto, Angliā debellaturus, classem unā Gandensium igne, mox alter 900. nauū Principum negligentia Sculse perdidit. Hinc inter multas strages. Blangianā Angli Hen. uictoria, Illustriumq; Francorū tum cāde, tum captiuitate insignē pertulit. Vbi Carolus Aurelij dux aīo captiuitatis suae 25. 400000. aureis numis ex Angliā redēptus est. Lunaticae postremum amētiae rex ille bonus aīo regni sui 40. à Propatruele Burgun. duce Philip po, ob patris sui Ioānis, ē Turcarum manibus redempti, cādē in Lud. Aureliani necis ultionē, à Francopatratā, cum Isabella Bauara cōiuge, Katharina filia, triumphātī nupta, cūq; regni sede Parisio Hen. Anglo, captiuum Scothorū regē Iacobum secum ducenti, traditus biēnio post elatus, Delphinum Carolum habuit mirē fortunae successore filium. Qui, diffi cili mercede reducto ab Anglorū parte Burgūdo Philippo Principe sui tēporis illustri, tū ingenti labore superato nepote Hen. aīo eius 12. Angliā, Frāciaq; regnorum nomine Pa risij coronato, postea uero à suis utroq; spoliato, regnum ab Anglis, atq; Burgudis in solos Bituriges reductum, miris Ioāne puellae auspijs pristini restituit amplitudinī, cui & Ag- taniā 140. aīos ab Anglis occupatā, reddidit. Rex per omnē uitam suā magnanimus pusil lanimi tandem mortis metu, decessit, relicto rege suae lenitati plurimum dissimili Ludouico rebelli filio. Qui non impune tamen, depopulatis Alsatijs, caesisq; ad Basileā Heluetijs cādēdo fatigatis, Rex factus, Heluetiorum, quos primus regum in fœdus suum largis pē- sionibus, atq; stipendijs traxerat, auxilio, primus, Francorum regē, ab Anglorum Burgun- dorum, atq; rebellium principum metu liberatum, liberum totius regni Dñm fecit. Tum cāso ab Heluetijs potenti Carolo ultimo suae stirpis duce, Burgun. Ducatū ab Heluetijs 150000. aureis numis, & austrio Maximiliano cāsi Burgun. genero cruentis armis ereptū, retinuit. Hinc cum Maximiliano per inutua liberorum sponsalia pacatus, frustra Medico- rum atq; Diuorum ope summis studijs, donisq; tentata, hominem exire coactus, regnū im- puberi filio Carolo cōmendauit, Huius dum regis sororius Lud. aurelij dux administratio- ne frustratus esset, Maximiliani regis, Britonumq; partium factus belli dux, cāde ad San- ctum Albinum cōmissa, ab Heluetijs captus, tū à captiuitate cōiugis patrocinio liberatus, nō coniugi, sed regi datā fidem seruauit. Rex autē repudiata Margarita Maximil. ex Būr- gunda Maria, filia, defuncti Francisci Britonum ducis Annā filiam Maximiliano regi de- sponsatā, raptam, cōnubio simul atq; ducatum sibi deuinxit. Hinc regno in pace firmato, corpore pusillus, atq; deformis, magni, formosiq; animi specimē præbiturus, Heluetijs Co- mitibus, transalpes per Italiā, perq; Romā inuicto exercitu in Apuliam ducto duobus Al- fon. patre, filioq; Ferdinan. regibus pulsus, Neapol. regnum Andegauorum iure subegit. Inde memoranda ad Forum nouum in Venetos ædita strage uictor in Franciā reuersus, nil nisi Gallicum malum toti pestilens orbi, uacuiq; nominis triumphum magno cruore, au- roq; cōparatum, retulit, atq; mox nulla superstitē prole, cum uita deseruit aīo etatis 27. & à parta uictoria tertio. Qua regnum à stirpe regia proximo cessit Ludouico Aurelianoq; du- ci, Qui ad Nōnas relegata defuncti regis sorore relicta Illius uiduā duxit uxorem, ē qua generum reliquit inde successorem, postq; multis grauibsq; bellis, Lud. Sfortiam cum Mediola-

Arelati trans-
latio.

Flamingorum
cades.

Hemici o.
fors

Burgundie
translatio.

Repudium.

Neapolis
capta.

Medi-
ricum
licto,
tos, &
Fran-
sui pri-
Mori-
multi-
sari re-
ductu-
male
ere à S-
cōdit-
tanto
gium
Bōba-
cum i-
nunci-
saris

Fo-
36 O-
ad 38
Fol-
lege-
15000
ctus

Mediolani Ducatu proauæ successionis postulato, anno regni sui 4. & hinc altero Fridē^{Neapolis rex}
ricum magis literatum, quam armatum Neapolis regem, regno Hispanis nō incruente re-
licto, captiuos tenuit. Atq; Papam, Cæs. Hispanos, Anglos, quorum coniuratus in Vene-
tos, & Heluetios fuerat, amisso Mediolano, moriēs, hostes euasit, Regno igitur ad gene-
Franciscum Angulemum præstanti forma, & animo Principē translato, Is mox año regni
sui primo, graui profligatis cæde Heluetijs, Mediolanensem Ducatum cum Maximiliano
Mori filio Duce recuperatū, eundem à Pon. Ro. desertus, año regni sui 7. suo, Heluetioꝝ
multis in ligam suam coronis uinctorum, præsidio pulso, Ianuam item, atq; Tornacū Cæ-
sari reliquit, Cumq; subinde pro perditōꝝ recuperatione bis male pugnassent duces, suo
ductu rē gesturus, año regni 11. exercitu Papie obsidione languefacto, in certamē tractus,
male pugnantis Alenconijs & Heluetijs, ingenti suoz illustriū Comitū cæde, equi uul-
ere à Sueuis captus, tum in Hispaniam ad Cæsarem ductus, anno ibidem transacto, acceptis
cōditionibus, datisq; duobus filijs obsidibus, in Franciā suā est dimissus. Præcesserat huic
tanto incōmodo proditiōis suspectum Caroli Borbonij Conestabilis ad Cæsarem profu-
gium, iam nū Mediolani, atq; Casla. exercitus ducis, hinc intra Romā ductu suo expugnata
Bōbardæ ictu sepulti. Tum anno regni 16. iā tota exutus Italia, per matrem, atq; Ro. Pon.
cum inuicto Cæsare, & pacem & affinitatē iniit. Qua Neapoli Mediolano Ianueq; ab se re-
nunciatis, ac persolutis coronatorū 2000000. filios redemit, & Leonorā fortunatissimi Cæ-
saris sororem, uxorem duxit.

Francorum
rex captus

Pax inter
Cæs. & Gallū

ERRATVLA QVEDAM, QVAE INTER EXCVDENDVM
cauere haud licuit, sic corrige.

Fol 10. facie 2. iuxta Eupalum lege 2937. Eodem sub Offrateo leg. 20. Post hunc deest
36 Offraganeus & regni anni quæ subponi debent 50. ad numerum 37. pone Ascarazapes
ad 39 Tonosconcoleros. Fol. 15. facie 2. in catalogo, Io. Hirc. prif. deest regni numerus 26.
Fol 19. facie 1. linea 18. lege Poro, 600. Regum, Rege cum 400. tur. Fol. 22. fac. 1. linea 13.
lege 300000. Fol. 40. fac. 2. iin. 17. leg. 30000. Fol. 54. facie. 1. lin. 3. lege 40000. Lin. 22. lege
150000. Fol. 58. fac. 2. linea 9. lege exercitus uester. altissimi. Cætera etiam mediocriter do-
ctus emendare potest.

EXCVSVM BERNAE HELVETICAE PER
Matthiam Apiarium. Anno M. D. XL.

7044112

X2420950

CATALOGVS AN=

NORVM ET PRINCIPVM GEMINVS


AB HOMINE CONDITO, VSQVE IN PRÆSENTEM,

à nato Christo, millesimum quingentesimum &

quadragessimum annum deductus & conti-

nuatus, per D. Valerium An-

selmum Ryd.



EX MAGNIFICA HELVETIORVM VRBE

BERNA, ANNO DOMINI M. D. XL.

